me paſce verbo paſce exemplo. paſce orati/
one. In quibus verbis omnium paſtorum
conſciennia ſtrictiſſime cōuenitur. dicit eīn
Bernnardus. ꝙ iuſto ordine oues paſcunt
a paſtoribus. dignum quippe eſt. vt qui
lana et lacte paſcuntur ab ouibus ipſi

predictis tribꝫ ſimiliter paſcãt oues. quod
qui nõ fecerint audiãt quid cõtra eos dicat
dñs Ezech. xxxiiij. Ue paſtoribꝫ qui paſce/
bant ſemetipſos. gregẽ aũt meum nõ paſce/
bant: et ſubiũgit. Nonne greges paſcũtur
a paſtoribꝫ lac comedebatis. lanis coperi/
ebamini. et qđ craſſũ erat occidebatis. gre/
gẽ aũt meũ nõ paſcebatis. In quibꝫ oĩbꝫ
verbis oĩes paſtores ꝺ fideli cuſtodia ani
monentur. q2 ſicut ſapiẽ vi. dr̃. Durиſſimũ
iudiciũ fiet his qui preſunt. X Secũ/
do btũs petrus exaltatus eſt per opationez
Cum eñ viderẽt tam fideles q̃ȝ infideles.
ꝙ tantis miraculis in ſuis opibꝫ choruſca/
ret. vocabant eũ nõ hominẽ. ſꝫ quaſi deũ di
centes act. xiiij. Dij ſimiles facti ſunt hoi/
bus. deſcenderunt ad nos ⁊c̃ quoꝝ errorem
in ꝓfundum hũilitatis ſe ꝓſternẽs pie cor/
rexit dicẽs. Quid nos intuemini quaſi no
ſtra virtute aut ptãte fecerimus hunc am/
bulare. deus abraã ⁊ deus yſaac ⁊ deus ia/
cob deus patrũ nroꝝ glorificauit filiũ ſuũ
ieſum. ac ſi diceret. Non nos ex his operi/
bus exaltate. ſꝫ dñm magnificate. qui ꝑ noſ
hec miracula opatur. Intantũ ergo petruſ
extitit exaltatus ⁊ inſignis prodigijs ⁊ mi
ris operibꝫ magnificatus vt in plateis po
nerẽt infirmos in lectulis ⁊ grabatis. vt ve
niẽte petro ſaltẽ vmbra illius obumbraret.
queq̃ȝ illoꝝ ⁊ ſanarẽtur a languoribꝫ ſuis.
Tercio btũs petrus exaltatus eſt in paſſio/
ne cũ a perſecutoribꝫ leuatus a terra ſuſpen
deretur in cruce pedibꝫ ſurſum leuatis ⁊ ca
pite dimiſſo in terrã. per paſſionẽ crucis fi/
niens vitã in nomine ieſu xp̃i. Y Et
ſciendum ꝙ ꝓpter has tres exaltatiões qui
bus ſuꝑ terraȝ meruit exaltari ecc̃ia ſponſa
xp̃i triplex de eo feſtũ inſtituit celebrari. vo/
lens vicẽ reddere ſue triplici exaltatõi. Nã
ꝓpter primã exaltationẽ ſcꝫ electionis feſtũ
qđ eſt in manibꝫ extitit inſtitutũ. ꝓpter ſecũ
dam exaltationẽ ſcꝫ opationis inter q̃ opa
nõ minimũ fuerat. ꝙ detẽtus in carcere ⁊ i
vinculis per angeluȝ extitit liberatus ſicut
act. xij. dr̃. colitur ad vincula. ꝓpter terciam
vo exaltationẽ ſcꝫ paſſionis terciũ feſtũ ſo/
lenniter celebratur. Z Quarto ꝓpter
merita harũ triũ exaltationũ in celo eſt glo

rioſiſſime exaltatus q2 gloria eius dũs ⁊ tã
ta eſt vt ſcđm apl̃m nec auris audiuit. nec
in cor hoĩs aſcendit q̃ preparauit deus diligẽ
tibꝫ ſe. ideo de hoc nihil amplius loqui pre
ſumimus hoc firmiter credentes ꝙ ſicut in
terris eſt in labore ⁊ ſudore ⁊ cruore pre cete
ris exaltatus. ſic etiã in celo ⁊ nõ mediocri/
ter exaltatus. Si eñ ſm̃ menſurã caritatis
ordinantur in celo. iſꝫe qui plus alijs diſci/
pulis vt ait ſaluator. dilexit pre ceteris eti/
am nõ immerito ſublimatur. Quarto exal/
tabitur in iudicio aſſidens cũ chriſto ⁊ cuȝ
eo iudicãs totũ mũdm̃. et hoc eſt qđ promi/
ſit ſaluator Math. dicẽs. Amẽ dico vobis
ꝙ vos qui reliq̃. ⁊c̃. viꝗȝ ſedebitis ſuper ſe
duo. iudi. duo. tri. iſrael. Has exaltatiões
intuẽs Berñ. ammirando de ſancto petro di
xit. Conſiderãs ꝙ petrũ manus omnipoten
tis regni celeſtis clauibꝫ inueſtit. ſuꝑ quez
fundatur ecc̃ia. cui ptãs ligandi atq̃ȝ ſoluẽ
di tradit. qui celos claudit ⁊ aperit qđ che
rubin ⁊ ſeraphin hẽre non legi. vehementer
ammiror ⁊ ſubiungit. Conſummatus ali/
as ineſtimatus honor ⁊ dignitas glorioſa
hominẽ in terris poſitũ in celis imparé ⁊ in
ter ãgeloꝝ choros iudiciarie poteſtatis exer
cere virtutẽ. Aſſiſtunt angeli preſidẽtis im
periũ expectãtes ⁊ amminiſtratorij ſpũs aſſi
gnata ſibi miniſteria ſortiũtur. ſꝫ ligãdi at/
q̃ȝ ſoluendi nullus eoꝝ accepit ptãtez. Ad
eſt petrus ⁊ ad eius imperiũ orbis vniuer/
ſitas ſoluitur ⁊ ligatur. et precedit petri ſen
tentia: ſniam ſaluatoris. q2 nõ qđ xp̃us li/
gat petrus. ſed qđ petrus ligat xp̃us. iudi/
cat petrus ⁊ petri iudicium ꝯfirmat omnipo
tens. O q̃ȝ potẽs dignitas q̃ȝ digna poten/
tia ⁊c̃. A Et ſciendum ꝙ hec triplex ex
altatio ex radice triplici ſumpſit ortũ ſcꝫ ex
xp̃i inſtitutõe priore. ꝯgnitione illuminatõ
re. caritate feruẽtiore. Primo dico petrꝰ ex
altatus fuit per electionem ex xp̃i inſtituti/
one priore. Audiẽs enim eccleſia ꝙ xp̃s ex/
iſtens in terris petrũ ſummũ paſtorẽ inſti/
tuit in his verbis Simon diligis me plus
his. paſce oues meas. eandem inſtitutio/
nem per ſuam electionem perducere volu/
it ad effectum. Scđo exaltatus fuit ꝑ opa
tionẽ ꝓpt ꝯgnitõz illũinatõrem. vñ cũ dñs

quereret a diſcipulis de ſua cognitõe mat.
xvi. di. Quẽ dicunt homines eſſe filiũ ho/
minis. ⁊ alijs alia reſpondentibꝫ dixit ibe/
ſus. Uos aũt quẽ me eſſe dicitis: Reſpon
dit petrus tanq̃ȝ pre omnibꝫ illuminatus.
Tu es xp̃us filius dei viui. cui dñs. Beatꝰ
es ſimon bar. q2 ca. ⁊ ſang. nõ reue. t. ſꝫ pa/
ter meus qui eſt in celis. ac ſi dicat. Hãc co
gnitionẽ nõ habes niſi ex infuſo lumine ve/
ritatis ⁊ vt deus hãc aſſertionẽ ꝓbaret eſſe
veriſſimã vtpote ſupra quẽ tanq̃ȝ ſuper fun
damentũ edificaret eccleſiã. merito debuit
petrũ pre ceteris honorare. et tanq̃ȝ aſſerto/
rem profundiſſime veritatis ſignis ⁊ mira
culis in ſuis operibꝫ exaltare. Tercio exal/
tatus fuit in paſſione ꝓpter caritatẽ feruen
tiorẽ vt ſicut deum pre ceteris plus dilexit.
dicente dño iohãnis xx. Simon iohannis
diligis me plus his. ſic etiã debuit euȝ pre
ceteris in paſſione proximius imitari. Om
nes enim martires qui digni inuenti ſunt
pro nomine ieſu contumeliam pati ⁊ paſſi/
onis ſubire tormentũ. ex radice caritatẽ ve/
raciter acceperũt. quis eñ tam dira ⁊ dura
⁊ tam gaudenter poſſet iam ſubire tormẽta
ſi non ad hec ꝑatienda incitaret violẽtia ca
ritatis. hinc Augꝰ. Quomodo corruptibi/
lis puluis contra tam ĩmania tormẽta do
minaret. niſi in eo xp̃us habitaret. et hoc ꝑ
affectũ dilectionis. De prima exaltatione
dicit in pſal. Exaltaui electũ de plebe mea
De ſcđa ibideȝ. Dextera dñi exaltauit me
per dexterã miracula que ſolus deus opera/
tur in ſanctis ſuis volens intelligi. De ter
cia dr̃ eccle. xlvi. Exaltauit eũ de terra. ⁊ hec
de exaltatione huius glorioſi principis di/
cta ſufficiant. B Nunc dicendum eſt
quibus exercitijs etiam nos exaltari valea
mus. vt quẽ delectat exaltatio premiorum.
non deterreat exercitatiõ laboꝝ. Si ergo hu
ius principis exaltationẽ ſaltẽ tenuiter tan
q̃ȝ fimbriã tangentes ꝯſequi cupimus. opꝫ/
tet nos per predictos modos exaltationis
tranſire. et induere nos exercitijs eorun/
dem. incipientes ab electione vt ab illa ad
operationẽ ⁊ paſſionẽ iuſto ordine adiuuã
te gratia veniamus. Primo ergo cupiẽtes
exaltari hic per vite meritũ ⁊ in patria ꝑ glo

rie premium incipiamus ab electione. qđ
tunc facimus. ſi per gratiã ſpiritusſancti in
trinſecus ꝯpuncti incipimus inſpicere vi/
tam noſtrã bonũ ⁊ malum. celum ⁊ terram
celeſtem iocunditatẽ. infernalem calamita
tem: momẽtaneam delectationẽ. et eternaȝ
damnationẽ. mentis noſtre oculis ꝓponen
tes. et inter iſta deliberato cõſilio diſcurren
tes. iꝑa prout ſunt iuſta ponderatione cõſi/
derãtes ⁊ profunde timãtes quid inter iſta
ſit potiſſimũ eligendum. Utrum ꝓpter mo
mẽtaneã delectationẽ incurrere expediat eẽ
nam damnationẽ. vtrũ ꝓpter terrena bona
carere expediat bonis celi. cum futura bona
ſint preſentibus longiora. in infinitũ meli/
ora ⁊ in oĩbꝫ preſtantiora. nec dubium ſi
ſine diſſimulatõne vtrũq̃ȝ inſpiciamꝰ. quĩ
deũ cum ſuis bonis eligamus ⁊ cũ indigna
tione magna ꝯtraria deſpuamus. iurãtes
et ſtatuentes cuſtodire iudicia iuſticie eius
quod ſtatim vt factũ fuerit elegit etiaȝ nos
deus transferens nos de ſeruio dyaboli ⁊ fa
ciens nos filios dei. ⁊ ex hoc ſtatim ſumus
non mediocriter exaltati. dicetq̃ȝ nobis deꝰ
illud deute. xxvi. Dñm hodie elegiſti vt ſit
tibi deus ⁊ ambules in vijs eius ⁊ elegit te
hodie dñs. vt ſis ei ꝓplus peculiaris ⁊ faci/
et te excelſiorẽ cunctiſ gentibꝫ quas creauit
in laudem ⁊ gloriã ſuam. Et illud ioſue. ho
die incipiã te exaltare. An nõ ſumus vehe/
menter ⁊ multũ nimis exaltati. cũ de ſeruis
dyaboli adoptemur in filios dei. Quid eñ
ignominioſius dyabolo. quid glorioſiꝰ deo
nihil. Adhuc etiã ſcio ꝙ ignominioſius ſo/
nat ſeruũ eſſe dyaboli quã dyabolum eſſe. eo
ꝙ oĩs ſeruus inquãtũ ſeruus inferior ſit do/
mino ſuo ⁊ oĩs dñs inquantũ talis ſupe
rior eſt illo. De hac ſeda ſeruitute dr̃ iohan.
quarto. Oĩs qui facit peccatũ ſeruus ẽ pec
cati. Peccã aũt ex hoĩe facit dyaboluȝ dicen
te dño ioh. vi. Nonne ego. xij. vos elegi. et
vnꝰ ex vobis dyabolꝰ ẽ. et ſic patet ꝙ ex nr̃a
electõe q̃ deũ elegimꝰ exaltabimũ vehemẽter.
Scđo exaltamũ ꝑ opatõz cũ iaȝ filij dei facti
⁊ ſpũ filioꝝ inſpirati auide currimꝰ viã dei
qđ tũc ꝯuacat ⁊ fidelr̃ facimꝰ ſi oĩa opa nr̃a
deo exhibenda cuȝ conatu facimꝰ ⁊ exceſſu
ut vt oĩa q̃ facimus ſm̃ ꝯñeȝ ſtatũ excedãt

operū aliorū. nō contenti cōmunibus obſequijs. ſed quātūcūq; vires ſuppetunt cū diſcreto exceſſu oīa faciamus vt dicere poſſim⁹ illud eccle. ij. Magnificaui, opa mea. Hic aūt exceſſus ne indiſcretio reputetur ex duobus conſtat ſcʒ ex multitudine ⁊ conamine. hoc eſt vt multa faciamus bona opera ⁊ eadem cū conamī. Hunc conatū opm tam diu cōtinuātes. quouſq; de exceſſu operū veniamus in exceſſum mentis. de q̄ ps. Ego dixi in exceſſu mentis mee. Quid aūt dixerit ex ſubtracta gratia ignorabat nihil ſciens niſi ꝙ proiectus eſſet a gratia quam in exceſſu ſentiebat. Hunc exceſſum opm noſtrorum docet nos bern. di. Bonū eſt homini ſua obſequia ad cumulum dare. verbi gratia. Sufficit ad ſalutē moleſtias corporis ferre patienter. ſed cumulus eſt etiā in feruore ſpiritus eas amplecti libenter. Sufficit ad ſalutē ſuperflua nō requirere. ſed nec ꝓpter ipa ſi deſunt neceſſaria murmurare. ſed cumulus eſt exultare ⁊ libenter querere. quomodo alius magis habeat ⁊ ipe penuriam patiatur. Sufficit ad ſalutē ſi nec in patientia vel fraude aliqua ad illud qđ deſiderās intuitū vel animū prelati tui inclinare. ſʒ cumulus eſt refugere ea ⁊ ablata reſpuere. in quibus voluntatē tuam ſenſeris oblectari.

D Tercio exaltamur cum petro per paſſionē. cū nos quibuſdam exercitijs paſſioni equiualentibus ſtrenue exercemus. Naʒ cum ꝓpriorum exercitiorum merito ſancti homines ad contemplationis gratiā admittunt. ab oī ſpē terrene cōſolatōis ſe elōgāt. vt bonis celeſtibꝰ abundantius perfruātur. quibus vtcūq; guſtatis cū more ſuo ſe ſubtraxerit fit amaritudo amariſſima. et impacienti deſiderio languere incipiūt vehementer. Cum eñ ad carnales delectationes redire nec libeat nec liceat ambobus carentes. ⁊ tamq; inter celum ⁊ terrā ſuſpenſi amariſſime cruciantur. et talis cruciatus equiualet paſſioni. de hac paſſione di. iob. vij. Suſpendium elegit anima mea. qđ exponēs Grego. dicit. Quid per animā niſi mentis intentō quid per oſſa niſi carnis fortitudo deſignat. Omne aūt qđ ſuſpenditur proculdubio ab imis eleuatur. Anima ergo ſuſpendiū eligit vt oſſa moriantur. qꝛ dum mentis intentio ad alta ſe ſubleuat. omnem in ſe carnis fortitudinem necat. Sancti eñ viri certiſſime ſciunt. quia requiem in hac vita habere nequaq; poſſunt. et idcirco ſuſpendium eligunt. qꝛ deſideria terrena deſerentes ad alta animū tollunt. ſuſpenſi aūt oſſibus ſuis mortē inferunt qꝛ amore ſuperne patrie in virtutū ſtudijs accincti. hoc qđ fortes prius in mundo fuerant ſuſpenſi occidūt. de hoc martirio dicit Ber. Cuʒ gratia cōtemplantis celerius nō ſubuenit. fit obſecranti celuʒ eneum ⁊ terra ferrea. et cum relicta ſibi humani cordis duricia ad votū exaudiri non meretur. anxietas deſiderantis negari ſibi exiſtimat quicquid differt. et neſcio an vel ipam gehennā experiri ad tempus horribili⁹ penalius ve ducat. ꝙ poſt ſpiritualis ſtudij guſtatā ſuauitatē exire denuo ad illecebras ⁊ moleſtias carnis. Talis ergo cruciatio ⁊ ſi nō ferro ſanguinē fundat. petri tamē corporali martirio adequatur. tales eniʒ inter celi ⁊ terre cōſolationes eleuati pendent miſerabiliter deſolati. Nonne velud inter duas menſas poſiti explantes. hincinde ſpectamus ieiuni. ſic ſumus omnino ſic. vnde ergo ſic poſitis riſus vnde ioc⁹. vnde leuitas quando forte nō agnoſcimus. ad quā ⁊c.

## XXXI. De ſancto Mathia. ſmo. j.

Cecidit ſors ſuper Mathiam ⁊ annumeratus eſt cū vndecim. act j. Dicit Aug⁹. Omnipotēs deus qui ſumme bonus eſt vult omnes homines ſaluos fieri. et ad agnitionē ſui nominis peruenire vt fiant participes ſue bonitatis. cui ꝓprium eſt ſe cōmunicare ꝓpter qđ cūctis vocat nullum reſpuēs. nullum tranſiēs. oībus gratias ſuas offerens. qꝛ non eſt acceptor perſonarum deus. et ideo ſortē ſue vocationis ſuper oēs mittit licet non capiat apud omnes. In verbis ergo ꝓpoſitis duo intelligimus ſcilicet glorioſi huius principis electionē ⁊ electi ſublimationem. Primū ibi. Cecidit ſors ſuper Mathiam. ſecundum ibi. et annumeratus eſt cum xi. Occaſione ergo huius ſortis duo dicemus. videlicet de ſortē cōtemnēntibus. ſcđo de in ſorteʒ conſentientibus. de primo ſit prim⁹ ſermo. de ſcđo ſcđs. De primo adhuc tria dicem⁹. primo de ſortis deſcriptiōe. ſcđo de ſortis diuiſione. tercio de ſortis obaudiōe. E

Primo ḡ dicamus de ſortis deſcriptione. q̄ (q̄ntum eſt de p̄nti materia ⁊ q̄ntum ptinet ad noſtrā vocationē obmiſſa ſorte q̄ vſi ſunt apoſtoli. de q̄ nihil certi nobis doctores inſinuant) nihil aliud eſt niſi diuine gratie ammonitio monens intus ꝑ ſpiritum ſiue monēs extra ꝑ hominē ad conſentiendum deo Et hanc ſortem ſue āmonitionis de⁹ mittit ſuper omnē hominē. nullū tranſiens nullū cōtemnens: cui ſi cōſenſerimus ꝑficiet in nobis ſanctificationē vite eius que nūc eſt pariter ⁊ future. Vñ ſi ſorti ſue āmonitiōis cōſenſerimus dantes ei cōſenſum noſtrū cum āmoniti fuerim⁹ vel intus a ſpū vel extra ab homine beati erimus in eternū. ſi aūt negauerimus nec ſorti ei⁹ cōſenſerimus iuſto dei iudicio derelinquimur reprobati. Vnđ ad ſalutem noſtrā ⁊ dei grām conſequendā ꝓdicta duo neceſſario requirūtur: ſcʒ diuine ſortis āmonitio ⁊ cōſenſus noſtri inclinatio Ipſa eñ ſunt de quibꝰ Math. xviij. dicitur Si duo cōſenſerint de omni re quā petierīt fiet eis a patre meo qui eſt in celis. De⁹ aūt ſortem ſue vocationis ſingulꝭ exhibet. licʒ oēs per cōſenſum oblate gratie nō conſentiant. non occurrant. Vñ qđ math. v. dicit. De⁹ ſolem ſuū oriri facit ſuper bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos. hoc. i. paral. xvi dicit. Miſit ſortem ex equo magnis ⁊ puis ⁊ hoc qđ in his duobꝰ dicit hoc intendebat Iob dicens Suꝑ quem nō effulſit lumen eius: ⁊ cū his tribꝰ cōcordat ps dicens. Nō eſt qui ſe abſcondat a calore eius. quod eñ nos hic dicimus ſortē hoc iob lumē ⁊ pſal. nominat calorem. ⁊ ſic ptʒ ſortis deſcriptio quā ideo multis noībus expoſuim⁹: vt eius ſignificatio euidentius innoteſcat. F

Scđo dicendū eſt de ſortis diuiſione. hoc ē quot modis dñs ſortem ſue vocatiōis ſuper nos mittat. Et q̄ntū nunc ſufficit quinq; ſūt modi quibus nos deus ad ſe miſericorditer vocat: ſcʒ criminis obiectione. pene cōminatione. paterna ſupplicatiōe. beneficiorum exhibitione ⁊ premij ꝓmiſſiōe. His quinq; modis oēs homines niſi obſtinati fuerint alliciuntur: ⁊ ad id qđ alliciēs deſiderat inducūtur. Primo ḡ vocat nos de⁹ mittens ſuꝑ nos ſortem ſue vocationis ꝑ criminis obiectionem. improperans nobis peccata q̄ commiſimus: qđ tunc agit cū vel int⁹ ea ad memoriā nobis reuocat. vel foris ꝑ ꝓs predicatoris inſinuat. ſic ꝑ iere. nobis nr̄a crimina obijciuntur cū dicit. Tranſite ad inſulas ⁊c. ⁊ poſt plura ſubiungit. Duo mala fecit populus me⁹. me dereliquerūt fontē aque viue ⁊ foderūt ſibi ciſternas diſſipatas q̄ continere nō valent aquas. In quibus verbis duo tangūtur ꝑ que oīa peccata criminalia cōmittūtur ſcʒ auerſio ⁊ cōuerſio. Auerſio a ſummo bono: qđ tangit in eo quod dicit. Me dereliquerūt fontē aque viue. Conuerſio ad bonū cōmutabile: qđ in eo tangit quod ſubiūgit. Et foderūt ſibi ciſternas diſſipatas. Hoc eñ bonuʒ cōmutabile bene ciſternis diſſipatis ſimile dicit. qꝛ oīs vſus tpalium cōtra deū cum tpe euaneſcit. Secundo mittit ſuper nos de⁹ ſortem ſue vocationis per pene cōminationē. reducēs nobis ad memoriā q̄nta mala cōminatus eſt dñs his qui in criminibꝰ perſeuerant ꝙ inexorabilis ſit eis ⁊ ꝙ inflexibilis. dicēs eis illud prouer. i. Ego in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſannabo cū vobis qđ timebatis aduenerit. De qua cōminatiōe dicitur deutero. xxviij. Augebit dñs plagas tuas. plagas magnas ⁊ perſeuerātes peſſimas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te oēs afflictiōes egypti quas timuiſti ⁊ adherebūt tibi: inſuper languores vniuerſos ⁊ plagas que nō ſunt ſcripte in volumine legis inducet ſuꝑ te donec te conterat. Item Amos. iiij. Iurauit dñs in ſancto ſuo. qꝛ veniet dies ſuꝑ vos ⁊ leuabunt vos in contis ⁊ reliquias veſtras ī ollis feruentibus. Item ps. Niſi conuerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit ⁊c: vſq; ſagittas ſu. ardentes effecit. De hac cōminatiōe dicit bern. Deus volens nobilē creaturā ſcʒ hoiem reuocare. ſcio inquit quid faciā. Homo timidus eſt naturaliter terrebo eū. ſi forte ſic cōuertatur ⁊ viuat ⁊ cōminatus eſt acerbiora que excogitari poſſunt ſcilicet tenebras eternales. vermes īmortales: igneʒ inextingui-

bilem. ¶ Tertio mittit ſup nos deus
ſortem ſue vocationis vocans nos p pater/
nam ſupplicationē: vt quem criminis obie/
ctio nō moueat · cōminatio nō terreat · dul/
ciſſima ſupplicatio alliciat · de qua vocatiōe
dicitur Jere · iij · Reuertere auerſatrix et nō
auertam faciē meam a vobis: quia ſanctus
ſum ⁊ non iraſcar in perpetuum · ⁊ ibidē · iij
vulgo dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuā
⁊ recedens ab eo duxerit virū alterū · nun/
quid non polluta ⁊ contaminata erit muli/
er illa? Tu autē fornicata es cū amatoribꝰ
multis · tamē reuertere ad me dicit dominꝰ
⁊ ego ſuſcipiam te. item Ezech · Nunquid
voluntatis mee eſt mors impij dicit dñs · ⁊
non magis vt cōuertatur a vijs ſuis ⁊ viuat
⁊ quare moriemini domus iſrael? quia no
lo mortem morientis · reuertimini ⁊ viuite.
Hinc Cañ · v · Reuertere reuertere ſunami
tis: reuer · reuer · ac ſi dicat. O ſunamitis id
eſt miſera ⁊ captiua · reuertere primo ꝓpter
beneficiū creationis · reuertere ſcdo ꝓpter be/
neficiū redemptionis · reuertere tertio ꝓpter
gratias benefactiōis · reuertere quarto ꝓpter
ſpem eterne glorificatiōis: vt ſi vnūquodq; iſtoꝝ
ſingulariter nō moueat: moueant ſaltē cūcta
ſimul iuncta. Quarto mittit ſup nos deus
ſortem ſue vocationis: mr · uneribꝰ beneficio/
rum nos alliciens inter que nōnunqꝫ facit
nobis proſpera arridere ⁊ nulla aduerſa ad
herere. Multi ſunt enim qui plus bñficijs
inclinantur qꝫ duris minis compellantur · ⁊
ideo tot ⁊ tanta beneficia contulit que etiā
quoſqꝫ ingratiſſimos poſſet obuertere. Dedit
enim nobis noſmetipſos ſm corpus ⁊ aīaꝫ
addidit ⁊ alia perque in bono eſſe vtrunqꝫ
poſſit ſubſiſtere · dedit celū ⁊ terram ⁊ oīa
que in eis ſunt: nec omnibꝰ his contentus
addidit ſemetipm ſm ſe totū: hoc eſt ſm de
um ⁊ hominē · totam trinitatem ſm nume/
rum perſonarū. Dedit enim filiū in incar/
nationem · ſpūmſanctū in ſanctificationem
ſe patrē ſeruauit in eternā glorificationē: in
tantū ſemetipm ꝓ nobis exinaniens · vt de
oībus que habebat nihil a nobis penitus
contineba. His beneficijs augꝰ · affectū ſu/
um excitare voluit cū dicebat. O aīa mea
dilige deū qui dedit tibi celum cū ſideribus
aerem cū volucribus · terram cū germinibꝰ ·
aquam cū piſcibus · ſpūmſanctū in ſanctifi
cationem · filiū in redemptionem · ſeipm in
eternā fruitionē ſiue glorificationē ⁊c̄. Item
Bern · Quia oēs diligunt munera · venit
deus ⁊ tot ⁊ tanta nobis contulit donaria · vt
in arctam ſue dilectiōis ſeipm nobis totum
daret cum oībus que habebat. ¶
Quinto mittit ſup nos ſortem vocationis
ſue per premiorū ꝓmiſſionem ꝓmittens no
bis talia ⁊ tanta que vt ait aplus nec auris
audiuit ⁊c̄ · item ꝓmittens nobis in preſen/
ti tempore dulciſſimas delectationes · in fu
turo vero eternā glorificationē: que ambo ꝓ
mittit nobis Math · xix. Omnis qui reliq/
rit patrem aut matrē ⁊c̄ vſqꝫ centuplum ac
cipiet ⁊ vitam eternam poſſidebit. Tanto
eñ affectu diligit nos deus vt nō ſit conten
tus poſt finem laboris copioſa nobis dare ꝑ
mia: ſed in via hac qua ambulamus de pri
micijs celeſtiū bonorū ⁊ ſtillicidijs quibus
letabitur germinās nos infundit: vt cogni/
to qꝫ dulcis eſt dñs viam dei delectabiliꝰ ꝑ
curramus. His quinqꝫ modis mittit ſuper
nos deus ſortem ſue vocationis videat ⁊ in
telligat quis conſentiat quis ſequatur · quic
quid eñ homo de his ⁊ ſimilibꝰ āmoniti/
onibus cogitauerit nō credat has āmoniti/
ones ſuas eſſe cogitationes: ſed dñi āmoni
tionem ⁊ ſortis ſue vocationē · quia oēs bo
ne cogitationes dei ſunt āmonitiones: non
noſtre cogitatiōes · iuxta illud ps · Ego ſum
qui loquor iuſticiā. quod ex pſona dei dicit
mala vero cū cogitamus noſtre ſunt cogita
tiones. ſm illud math · xv · De corde exeunt
cogitationes male. adulteria ⁊c̄. Vñ bern ·
Cum mala verſamus in corde. noſtra cogi/
tatio eſt: cū vero bona dei ſermo · illa ſcꝫ ma/
la cor noſtrū dicit · hec ſcꝫ bona cor noſtrū au
dit. His quinqꝫ modis nitebatur dominꝰ
iudam ad penitentiā reuocare. Primo per
criminis obiectionem: cū dixit. Juda · oſcu
lo filiū hominis tradis: quod cū non aduer
teret · ſcdo eum reuocauit per pene cōminati
onem dicens. Ve homini per quē filius ho/
minis tradetur · ⁊ cum nec ſic proficeret · ter
cio addidit dulcium verborum allocutionē
dicens. Amice ad quid veniſti? ⁊ cum nec



quīn amiciciam ad eum habuerit quem vo
cauit amicum · ⁊ cū nec ſic audierit: q̄rto ſub
iunxit beneficiorū exhibitionem: conſtituē
eum procuratorem ſuper his que mitteban
tur · ⁊ maxime quia oſculatus eſt eū. Quin
tum ſcilicet premij promiſſionē nō addidit
ſciens qꝫ obſtinatus iam factus premia nō
curaret. ¶ Tertio dicendū eſt de voca
tionis recuſatione ſiue ſortis obauditione.
Cum enim omnes vocentur ⁊ pauci veni/
ant: expedit vt ponantur cauſe propter quaſ
obaudiuit dominū ſic vocantem. Sunt au
tem nouem modi ꝓpter quos vocati renu/
unt cōſentire. Primi enim deſperant ſicut
cayn ⁊ iudas: quos cū reuocaſſet dominus
improperando eis peccata ſua querens in
eis locū penitentie dixerunt. Maior eſt ini/
quitas mea qꝫ vt veniam merear. Scdi vo
cati irrident ſicut patet de vocans per loth.
de quibus Geñ · xix · dicit̄. Viſus eſt eis q̄ſi
ludens loqui. Tercij contemnunt ſicut pha
rao: qui ſignis ⁊ miraculis vocatus recuſa/
uit dimittere populū opponens ſe deo ſicut
Exo · i · dicit̄. Induratū eſt cor · ⁊c̄. De q̄ au/
gꝰ. Poterat deus ſupbiam pharaonis per
vrſas ⁊ leones domuiſſe: ſed muſcas miſit:
vt eius ſupbiam magis confunderet. Quar
ti per occaſionē aliquā ſe excuſant ſicut ſaul
qui preuaricationē inobediētie apud ſamu/
elem excuſauit dicens. i · Re · xv. Accepit po
pulus de melioribus armētis vt ymolaret
domino ⁊c̄. ⁊ ſicut illi euangelici qui lu · xiiij
vocati excuſauerunt ſe dicentes. Villā emi
quinqꝫ iuga boū emi · vxorem duxi · rogo te
habe me excuſatū. Quinti vocati venire dif
ferunt: dicentes intra ſe · adhuc iuuenis es ·
multū ſupereſt de tempore · ex quoꝝ perſona
dicitur Sap̄ · ij · Venite fruamur bonis in
iuuentute celeriter: non pretereat nos flos
tpis. Quibus rñdet dñs Lu · xij · Vigilate
quia neſcitis qua hora dñs veſter venturus
ſit · de quorū numero erat ille qui in euange
lio ait. Anīa mea habes multa bona ⁊c̄. cui
dñs reſpondit. Stulte hac nocte ⁊c̄. Sexti
non veniunt detenti immoderato timore vl̄
amore cogitantes intra ſe: non potes pecca/
ta dimittere · res iniuſtas reſtituere · in rigo/
re penitentie perſiſtere ⁊c̄. Quibus reſpon/
det Job · vi · Qui timet pruinam irruet ſup
eum nix ac ſi dicat. Qui timet paruā penā
irruet ſuper eum penalitas infernalis vel q̄
inordinate diligunt vel diuitias vel corpꝰ
vel pueros ⁊c̄ · Eſt autē inordinatus amor
quādo quelibet creatura plus diligit̄ qꝫ cre/
ator. Septimi veniunt ſed inſufficienter et
diminute: vt qui cōpuncti aliqua emendāt
⁊ aliqua adhuc tenent: vel qui venientes ad
religionē affectum honorū diuitiarū volu/
ptatum que reliquerunt in ſeculo iterū poſt
ſe trahunt vt achab · de quo · iij · dicit domi/
nus. qꝛ humiliatus eſt mei cauſa: nō inducā
mala in diebus ſuis ſicut etiā phariſei de q̄
bus dñs dicit Mat · xiiij · Ve vobis phari/
ſei qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis · in/
tus autē plena oſſibus mortuorū. ¶
Octaui aliqui veniunt ſed p apoſtaſiam re
ſiliunt ab incepto quorū magna eſt multitu
do · quia ad bonū ſtatum venietes poſtea vl̄
attedian vel laboribus fatigari: vel tempta/
tionibus ſuperati: voluntate vel opere reſi/
piſcunt: ſicut hi qui in deſerto celeſti pane de
paſti attediati dixerunt Exo · xvi · Vtinā eſ
ſemus in egypto vbi ſedebamus ſup ollas
carnium · ⁊ iterū. Anima noſtra nauſeat ſu
per cibo illo leuiſſimo · nil reſpiciūt oculi no/
ſtri niſi man. Noni vocati nō veniūt ponen
tes ſpem ſuam in penitentiā finalem · dicūt
enim. Deus eſt miſericors ad gemitū igno
ſcens faciliter: ⁊ ſic pmanentes in peccatis
deū inhonorāt vnde eū honorare merito de/
buerunt · quibꝰ dicit̄ Eccle · v · De ꝓpiciatu
peccatorū noli eſſe ſine metu: nec adijcias
peccatū ſuper peccatū: ⁊ ne dicas miſeratio
domini magna eſt: multitudinis peccatoꝝ
meorū miſerebitur · vnde Bern · ſuper illo
verbo Non congregabo conuenticula eorū
de ſanguinibus ⁊c̄ dicit. Vt quid homines
in vita ſua diſſimulant agere penitentiā ⁊
de extrema preſumunt confeſſiōe. Quomō
ſub vnius hore ſpacio reuocari poſſe exiſti/
mant oīa anīe membra: que p conſenſum
⁊ deſideria mala p totū mundū ſparſa ſunt
⁊ diſtracta · non dico ait dñs quin aliquos
tales ſaluare potens ſim · oīa in momēto
in ictu oculi reuocare: ⁊ p ſpūm qui nō mo
do vbi vult ſed quando vult ſpirat illā eis

infundere penitentiam quā vix alij diutur
no longi temporis exercitio conſequuntur:
quemadmodum vedi latroni Sed dicere vo
bis. Non cōgregabo conuēticula ⁊c. id eſt nō
magnas talium magnitudines congrega
bo. nam in omni ſcriptura canonica vnum
tm̄ inuenies extrema penitentia ſaluatū. et
hoc hora dominice paſſionis. quando nō in
ueniebatur tanta fides in iſrael. Ut ſunt er
go qui a deo miſericorditer vocati venire cō
temnunt et diuerſis ſe occaſionibus ſubdu
centes. Ex quorum temeritate ⁊ preſumpti
one dominus motus iurauit in ira ſua. quia
non intrabunt in requiem ſuam: dicens lu
ce. xiiij. Amen dico vobis ꝙ nemo virorum
illorum qui vocati ſunt guſtabunt cenā me
am. A quo iuramento ⁊c.

XXXII. De eodem ſermo ſcd̄us.

# Ecidit ſors ſu

per mathiam vt ſup. Dicit
ſalomon ex perſona dei. Be
atus homo qui audit me ⁊ q
vigilat ad fores meas quotidie ⁊ obſeruat ad
poſtes oſtij mei. L In quibus verbis
ſcd̄o loco politis intimiſſima vis ⁊ ſubtiliſ
ſima deſcribitur dei commonētis nos ⁊ ſor
tem cōmonitionis ſue ſuper nos proijcientis
obſeruatio: quod in his tribus verbis ſcilicet
audit vigilat obſeruat lucide declaratur. qui
enim hos tres cuſtodes ad oſtiū cordis ſui
poſuerit: ſcilicet audientiam vigilantiam et
obſeruantiam: quātumcūque ſuaue venerit
non poterit ignorare. De qua diligenti cu
ſtodia dicit Bernardus. Deus veniens ad
nos non facile obſeruatur vnde veniat et q
vadat. ⁊ iſtud forte ſine damno ſalutis ne
ſcire licet. ceterum quando veniat aut quan
do vadat id plane periculoſiſſime ignoratur
Cum enim hec circa nos diſpenſatore ſancti
ſpiritus viciſſitudines vigilantiſſime non
obſeruantur. fit vt nec abſentem deſideres
nec preſentem glorifices. Nempe qui idcir
co recedit vt auidius queratur. quo nā mo
do ſi abeſſe neſcitur requiritur? ⁊ qui dignan
ter ad hoc redit vt cōſoletur qualiter digne
pro ſua maieſtate ſuſcipitur ſi nec adeſſe ſenti
tur? hinc eſt ꝙ hi qui ſortem vocantis dei

contempſerūt. ideo damnandi ſunt. quia nec
preſentiam nec abſentiam eius curauerunt
propter quem contemptum cenam domini
vt iurauit non guſtabunt: auertens ſe ab il
lis tanꝙ reprobatis ⁊ conuertens ſe ad ele
ctos: ſortem ſue vocationis proijciens ſuper
illos qui pulſantem vt audierint intromiſe
runt. Sicque contingit vt de vno eodemque dul
ciſſimo manna te alij reficiantur alij induran
tur alij ſtrangulentur ⁊ alij emundentur. ſi
cut de ſole vno ⁊ eodem alie res molleſcunt
vt cera: ⁊ alie indureſcunt vt lutum. Sicut
igitur iam pulſans a reprobis non auditur
ſic ⁊ ipſi pulſantes ſimiliter nō audiuntur
dicetque eis. Amen dico vobis: neſcio vos.
Intromiſſus autem ab electis ſtatim i me
dio terre ſalutem incipit operari: vt fiat qd̄
ſcriptum eſt Eccle. In diſtributione ſortis
da ⁊ accipe: hoc eſt da cōſenſum ⁊ accipe gra
tiam. Nam ex gratia adiuuante ⁊ conſenſu
noſtro inclināte perficitur ſalus noſtra. ⁊ hoc
eſt quod dicitur Apoca. Ego ſto ad oſtium
⁊ pulſo. ſi quis mihi aperuerit: intrabo ⁊ ce
nabo cum eo. M In quibus verbis
predicta duo tanguntur: ſcilicet gratia pul
ſans ⁊ conſenſus aperiens. Cū ergo occur
rimus deo ſiue ſortem mittenti ſiue pulſan
ti quod vnum eſt. dantes ſibi conſenſum no
ſtrum ⁊ dicentes cum pſal. Iuraui ⁊ ſtatui
cuſtodire iudicia iuſticie tue. deus ſine medio
intrat in hoſpicium cordis noſtri habitans
per fidem in cordibus noſtris. iuxta illud ſa
pientie. viij. Intraui in domum meam con
quieſcam cum illa ſcilicet anima tanꝙ cum
ſponſa. ⁊ ſequitur. Non enim habet amari
tudinem conuerſatio illius: nec triſticiā cō
uictus illius ſed leticiam ⁊ gaudium. licet ta
men omnes equaliter id eſt equali gratia nō
inhabitet An videtur tibi equaliter ineſſe ei
qui dicebat. Si venerit ad me non videbo
eum. ſi abierit nō intelligam. iob. ix. ⁊ ei qui
dixit. Cum inhereo tibi ex omni me nuſꝙ
erit mihi dolor ⁊ labor ⁊ viua erit aīa mea
tota plena te. An videtur tibi equaliter id ē
equali gratia ineſſe ei quem per ſolam fidem
inhabitat. ⁊ ei qui dixit Bern. Viuum ⁊ ef
ficax eſt verbum dei: mox vt intus venit ex
pergefecit dormitantem animam meā: cepit



euellere ⁊ deſtruere edificare ⁊ plantare ⁊c̄
vnde ſicut ieſus chriſtus primū natus poſi
tus eſt in preſepio pānicul̄is inuolutus. ſic
primū ſpiritualiter natus in nobis habetur
quaſi quodammodo inuolutus. ⁊ hoc figura
tum legimus in euangelio: vbi dicitur ꝙ ali
quādo occulte erat in templo. aliquā aūt ma
nifeſte. vnde bern. de eius inuolutione ſic di
cit Cor in pectore. anima in corde. mens in
aīa. fides in mente. chriſtus in fide. Voco
autē deum in preſepio cordis noſtri inuolu
tum: quādo per fidem habitat in nobis ⁊ nul
la adhuc incaleſcente deuotione ſentitur. Cū
autē homo bonis operibus ⁊ virtutibus diu ex
ercitatus interdum ſentit in corde ſuo vehe
mentē ignem caritatis: quā alijs vicijs ne
quaꝙ ſentit: tūc dicitur habitare in cordibus
noſtris non ſolū per fidem inuolutus ſed per
ſenſibilem gratiā quaſi denudatus. De hac
duplici inhabitatione dicit bern. Deus ⁊ ſi
iuſtis non deſit ad meritū: plerumque tamē
abeſt ad ſolacium. illud vtilius. illud autem
iocundius habetur: itaque ⁊ latet dum ſenſū
cordis minime tangit illa ſuauis habita ſi
abdita. N. Deus ergo per conſenſus
inclinatiōnē intromiſſus in animā noſtram
ambulando: id eſt proficiendo in nobis quin
que paſſibus tanꝙ quinque profectibus nos pro
mouet vſque ad perfectū perficiens vitā noſtrā
Primo enim conſcientiā purificat peniten
tiam infundendo. ſcd̄o mentē fortificat reſi
ſtentiam conferendo. tertio bona opera multi
plicat nobiſcum efficaciter operando. quarto
virtutes edificat animam decorando. quinto
nos ſanctificat deuotionem noſtram diuini
tus aſpirando: ⁊ in his quinque perficitur vi
ta noſtra. Primo dico conſcientiam purifi
cat a peccatis fedis penitentiā infundendo:
eo ꝙ nulla cōueniētia nec cōmanſio poteſt
eſſe lucis ad tenebras. nam que communica
tio diuine maieſtatis ⁊ iniquitatis? Sed
ſtatim vt ingreſſus fuerit per radios ſue veri
tatis impingit in tenebras: diſſoluens ⁊ diſ
ſipans in momēto in ictu oculi quicquid in
uenerit feditatis. quod ſic contingit. Nam per
lumen ſue penitentie nō poteſt aīa mala q
cōmiſit ignorare: ſed ſtatim vt cognita fue
rint diſplicent vehementer. que autē diſpli

cent penitet cōmiſiſſe. Ex dei ergo preſentia
ſurgit anime cognitio. ex cognitione aūt proce
dit diſplicentia. ex illa vero ſurgit penitētia
ad quā vt ait Criſo. ſine omī intervallo ſeqⁱ
tur indulgentia peccatorum. Non enī contine
re ſe poterit illa benigna dulcedo ⁊ dulcis be
nignitas: q eſt in viſceribus miſericordie dei
noſtri: cū ex corde nos penitere ⁊ dolere co
gnoſcat: ſed ad gemitū offenſam in ſe cōmiſ
ſam miſericorditer indulgebit. Sed quid
prodeſt penitere de culpa ſi nō detur gratia
a modo cōtinendi? Laui pedes meos ait il
la in Can. quomō iterum inquinabo illos?
O Scd̄o ergo fortificat mentē reſiſten
tiam conferendo. quid enī prodeſſet prima
gratia ſcilicet remiſſio peccatorū: ſi non ſu
rogatur virtus ⁊ gratia continendi. fieret ſi
ne dubio nouiſſimus error peior priori: ⁊ re
cedenti ſcd̄m aliquid peius fieret ꝙ iacenti. Et
quia hec gratia ex parte a nobis eſt vt videlꝫ
ea omnē occaſionē recedendi penitus ſub
trahamus. ideo conſulitur nobis Eccleſ. x
Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſu
per te locū tuū ne dimiſeris. ac ſi dicat. Si
temptatio valida te inuaſerit. ſta in timore
ne conſenſeris eligens magis mori ꝙ mori.
Efficatior autē ⁊ cautior reſiſtentia hec eſt
vt cuilibet impugnationi in principio reſi
ſtamus vt vicia impugnantia dicere nobis
poſſint ex perſona philiſtinorū illud. i. Reg.
Quō melius poterit placare dn̄m ſuum ꝙ
in capitibus noſtris. Quia vicia in modū
ſerpentium ſe habent: qui vbicūque caput im
miſerit facillime ſubſequitur totū corpus. vn
de poeta. Principijs obſta. ſero medicina
paratur. Cum mala per longas conualuere
moras: quia valde fedum eſt ⁊ indecens coram
deo: ſi quis per gratiā a peccatis iam munda
tus ad eadem iam redeat iterū ſe deformās
propter quod tales duobus immūdiſſimis re
bus comparantur: ſcilicet cani reuertēti ad vo
mitum ⁊ ſui luto in volutabro. Hinc puer.
xxvi. dicitur. Sicut canis qui reuertitur ad vo
mitū ſic imprudens qui iterat ſtulticiā ſuam
Item. ij. Pe. ij. Contingit aūt eis illud ve
ri prouerbij. Canis reuerſus ad vomitū ſuū.
⁊ ſus lota in volutabro luti. hinc Bernar.
Si dixerit mihi ieſus dimittūtur tibi pec

tam tua: niſi ego peccare deſiero quid pro/
derit? Expui tunicam meam ſi reinduo eā
quātum profeci? ſordens omni genere vici
orum diu iacui in luto fecis. Sed erit ſine
dubio deridenti ꝙ iacenti deterius. deniq̄
qui me ſanum fecit ipm mihi dixiſſe recor/
dor. Ecce ſanus factus es. vade iam ampli⁹
noli peccare ne deterius aliqͦd tibi cōtingat
¶ Tertio deus habitans in corde bona
noſtra multiplicat nobiſcū cooperando. nā
ſi ſoli nos ipa fecerimus nihil nobis prode
runt ad ſalutem: ſed valor ⁊ acceptabilitas
eorum ex cooperante ſpiritu eſtimatur. qui vi
delicet ſpiritus vt grata ſint deo patri: for/
mat ipſe eadem opa noſtra ad exemplar ope
rum domini noſtri ieſu chriſti. Opera autē
chriſti quinq̄ ſignis perfectiſſima compro/
bātur: in quibꝰ quantū ipm imitabimur. in
tantū erunt etiam perfecta opa noſtra. Ha
bebant enim opa ieſu chriſti difficultatem.
promptam voluntatē. feruentem caritatē.
⁊ pſeuerantie longanimitatem: omnia non
ad ſuā ſed ad noſtrā faciens vtilitatē. Nam
de primo ſcilicet operū difficultate dicitur
Mar. Cepit ieſus pauere ⁊ tedere ⁊ meſtuſ
eſſe in agonia di. Triſtis eſt aīa mea vſq̄
ad mortem. Itē Johan. Factus eſt ſudor
eius velut gutte ſanguis decurrentis in ter
ram. quod reuera ex difficultate pconcepte
mortis factū fuit ⁊ ex imaginatione crudeliſ
ſime paſſionis. Scdo ex promptiſſima vo/
luntate fecit opa ſua Lu. xxij. Deſiderio de/
ſideraui hoc paſca manducare vobiſcū. Itē
Hebre. xij. Per patientiā curram⁹ ad pro/
poſitum nobis certamen inſpicientes in au
ctorem fidei ⁊ cōſummatorē ieſum. qui p/
poſito ſibi gaudio ſuſcipit crucē confuſione
contempta. Tertia ex maxima caritate fecit
opa ſua dicens Job Maiorem caritatē ne/
mo habet vt animā ſuā ponat quis p ami/
cis ſuis. Quarto in pfectiſſima pſeuerātia
opa domini ſunt completa. Vnd emittens
ſpiritum dixit. Conſummatū eſt. Quinto
in omibus his opabatur nō quod ſibi vtile
fuit: ſed qͦd nobis. nihil enim ex oībꝰ his
que opabatur ſibi accreuit: ſed noſtrā in oī/
bus pmouit vtilitatem. In his quinq̄ do/
minus ieſus exiſtens in hoc mundo opera
ſua perfecit ⁊ cōpleuit. In eiſdem eciā ſpūs
ieſu in minori mundo. id eſt ī nobis exiſtēs
ad exemplar prioris operū ſpūaliter opera/
tur niſi obſtacula ponendo ſanctoſpūi reſi/
ſtamus. qͦd ne faciamus dicit nobis de⁹ Ex
odi. Inſpice ⁊ fac ſm exemplar qͦd tibi mō/
ſtratum eſt ⁊c. ⁊ illud Judicū. vij. Qͦd me
videris facere omes facite. Si ergo volum⁹
efficaciter opari. operemur difficilia ⁊ cum
hoc ſint voluntaria ⁊ feruida cū pſeuerātia
⁊ in his omibus non noſtrā ſed dei q̄ramuſ
gloriam: ⁊ ſic efficaciter opamur. ¶
Quarto deus habitans in nobis vlteri⁹ p/
greditur. plantans ⁊ edificans in nobis vir
tutes. nihil enim omnia predicta placerent
deo ſi nō eſſent virtutibꝰ adornata. ſic enim
dicit Bern. Deus qui dñs virtutum dicit
nequaq̄ thalamū mentis ingreditur ſi nō
fuerit lectulus conſcientie virtutibꝰ adorna
tus ⁊ ſubiungit. Quantumlibet te affligas
quantumlibet te crucies: non ſui copiam ti
bi tribuit niſi fueris virtutibus decoratus.
Suppoſitis autē virtutibꝰ theologicis: ſcili
cet fide. ſpe ⁊ caritate que omni homini ſunt
neceſſarie ad ſalutem ſine quibꝰ impoſſibi/
le eſt placere deo. Studendum eſt aliis vir/
tutibus que ad ſpiritusſancti manſionē ī nobis
pre ceteris deo placent: ſcilicet noſmetipos
iudicare. miſericordiam amare. ſolicite am/
bulare. ⁊ he ſunt virtutes de quibꝰ dicitur
Michee. vi. Indicabo tibi homo quid ſit ti
bi bonū ⁊ quid dñs requirat a te. Vtiq̄ fa/
cere iudiciū ⁊ diligere miſericordiam: ⁊ ſoli
citum ambulare cū dño deo tuo. Primū ex
hibendum eſt nobis. ſcdm proximo. tertiū
deo. ¶ Qui autē in ſe in proximo ⁊ ī
deo facit quod debet. hic perfectus eſt vir et
beatus erit in facto ſuo. Primo ergo inſtau/
remus iudicium contra noſmetipos de oī/
bus cogitationibus. affectionibꝰ. locutioni
bus ⁊ opationibus nos ſubtiliſſime diiudi
cantes. nec aliquid iſtorum nos tranſeat qͦd
non diſcutiatur ⁊ diiudicetur. ⁊ ſi quid in/
uentum fuerit quod non liceat. deceat vel ex
pediat: puniatur ⁊ in reliquum caueat. Ta/
le iudicium ſupra modum placet et placat



deum ⁊ preparat locum domino. ps. teſtan
te qui dicit. Juſticiā ⁊ iudicium preparatio
ſedis tue. Bern. Diligit deus animā. que
in conſpectu eius ſine intermiſſione ſine diſ
ſimulatione diiudicat ſemetipam. idq̄ iu/
dicium non niſi propter nos a nobis exigit
deus. quia ſi noſmetipos diiudicauerimuſ
non vtiq̄ iudicabimur. quod dñs monere
ſtuduit cum dixit. Cum feceritis que prece
pta ſunt vobis. dicite. ſerui inutiles ſumus
. quod debuimus facere fecimus Scdo ha
beamus miſericordiam ad proximos. omia
eorum facta miſericorditer iudicātes bona
eorum facta magnificātes ⁊ mala fideliter
excuſantes. hinc Bern. Caue ſerue dei alie/
ne conuerſatiōis eſſe: aut curioſus explora/
tor. aut temerarius iudex etiam ſi perperā
actum deprehendens. nec ſic iudices proxi/
mum magis autē excuſa intentionē ſi op⁹
non potes. puta ignorantiam. puta caſum.
puta ſurreptionē. ꝙ ſi omnē omnino diſſi/
mulationem rei certitudo recuſat: ſuade ni/
hilominus tibi ⁊ dicito apud te. Vehemēs
nimis fuit iſta temptatio. quid de me illa fe
ciſſet ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatē.
Tertio ambulandum eſt ſolicite coram deo
qui tanta ſolicitudine nos ⁊ omnia opa no/
ſtra intuetur vt etiā dinumeret greſſus no/
ſtros Job. Tu quidē greſſus meos dinu/
meraſti. ⁊ illud ps. Omnes vias meas pre
uidiſti. Quā ſolicitudinem competenter co
ram deo gerimus. ſi omni cautela ⁊ omī di
ligentia caueamus diſplicentiam ⁊ placen/
tiam ingeramus. ¶ Quinto de⁹ ha/
bitans in nobis omnem vitam noſtrā ſan
ctificat interiora noſtra diuinitus inſpiran/
do. quod contingit cum per priora exercitia
bene humiliati. diſpoſiti ⁊ preparati ſenti/
mus in nobis flagrantem ignem caritatis.
qui ex ſuperabundanti copia omnium gra/
tiarum in nobis conflatur copioſas benedi/
ctiones ſecum ferens. ſic enim dicitur gene.
ex perſona dei venientis ad animam. Mo/
dicum habuiſti anteq̄ venirem ad te. nunc
autem benedixit tibi deus ad introitum me
dium. hinc deutero. Ipe venit plen⁹ bene/
dictionibus. nam per inhabitantem deū in
cordibus noſtris. dicitur nobis iterum deu
tero. Benedictus eris ingrediens ⁊ egredi/
ens. benediceq̄ tibi dominus in cūctis opi
bus tuis. Ex his benedictionibus tm̄ tres
breuiter nominemus. Veniens enim deus
ad animā tres benedictiones pre ceteris ſe
cum fert: ſcilicet benedictionē mutationis
augmentationis ⁊ ſanctificationis. Primo
dico aufert ſecum benedictionem mutatio/
nis. mutans maledictionem veteris homi/
nis in benedictionē. nam anteq̄ dominus
veniret ad nos ſubiacuimus maledictioni
illi qua dicitur. Maledicti qui declinant a
mandatis tuis. ⁊ illi qua dicitur. Maledi/
ctus qui ſeruit indignus ſe. ⁊ quia ſuiuimuſ
mācipio corporis noſtri. quod reuera indi/
gnius ⁊ ignobili⁹ eſt q̄ nos. ⁊ per ꝯſequens
dyabolo ⁊ peccato. de quo dicitur. Qui facit
peccatum ſeruus eſt peccati. ideo ex his omi
bus ſumus maledicti: ⁊ hec maledictio cō/
mutata eſt in benedictionem ex cuius virtu
te omnia nobis modo cooperantur in bonū
Scdo apportat ſecum benedictionem au/
gmentationis: cumulās ſuper nos incremē
ta meritorū: ⁊ dicens nobis illud Gene. i.
Benedixit deus illis ⁊ ait. Creſcite ⁊ multi
plicamini ⁊ replete terram. at ſi benedicens
nobis dicat. Creſcite ī meritis ⁊ replete ter
ram corporis veſtri virtutes ⁊ merita cumu
lantes. Tertio benedicit nobis benedictiōe
ſanctificationis. quia ex eius inhabitatione
intus ⁊ extra per omnia ſanctificamur. de q̄
dicit Pſalmiſta. Hic accipiet benedictio/
nem a domino ⁊ miſericordiam a deo ſalu/
tari ſuo. Hoc totum operante in nobis do/
mino ieſu chriſto ⁊c.

## XXXIII. De ſancto Gregorio.

Egociamini dū
venio. ¶ Dicit bernardus.
Secure negociabor ꝑcipiente domino meo.
Non enim paruum mihi fiducie robur pre
ſtat ꝙ ille ſummus imperator factus eſt ne
gociator meus ⁊ negocium meum ſine ocio
egit q̄diu fuit ī terris. Quia glorioſus iſte
princeps beatus gregorius inter ſupremos
negociatores fidelis ⁊ prudens extitit nego

ciator: vt non ſolum in tempore ſuo: hoc eſt in vita ſua verbo ⁊ exemplo negocia domini ſui fideliter perageret: ſed vſqȝ in pſens tempus · imo vſqȝ in diem nouiſſimum ſcriptis ſuis dulciſſimis dei eccleſiaȝ edificet ad edificationem tabernaculi quod eſt eccleſia cõportans aurum et lapides precioſos · ita vt de illo veraciter dici poſſit illud Zach · xiiij · Non erit mercator vltra in domo dei · ſubaudi ſimilis illi. Et illud Eccle · Non eſt inuẽtus ſimilis illi in doctrina moralitatis · ⁊ hec de laude eius breuiter tacta ſufficiunt · quia vt ait Ambroſi · Eius laudi aliquid addidiſſe decerpere eſt. Ipſe eſt enim de quo veraciter dictum eſt. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cõſtituam · quia inuentum eſt cor eius fidele · ſicut dicitur Eſdre · Nunc conuertamus negociationem ad noſmetipſos: eo q etiaȝ nobis dictum ſit verbum ꝓpoſitum ſcilicȝ Negociamini dum venio: ⁊ negociemur in ſpiritu interioris hominis noſtri · eo q illa negociatio melior ſit negociatione auri ⁊ argẽti: ſicut dicitur prouer · iij · Uerum quia illa loca apta ſunt ad lucrandum vbi nõ longe ab inuicem ſunt loca multa forenſia ⁊ multe nundine in vicino · eo q mercatores ſua mercimonia ad eadem loca vicina poſſunt faciliter tranſportare. Ideo volentes mercari ⁊ negociari quod in eternum expediat · ingrediamur interiora noſtra · colligentes ſarcinculas noſtras: id eſt intellectum ⁊ affectum: ⁊ mentaliter diſcurramus ad loca vicina · que ⁊ ſi longe diſtare aliqua videãtur vt pote celum ⁊ infernus · ſpiritui tamen proxima ſunt ⁊ mente velociter omnia percurrere poſſumus ſine quouis obſtaculo retardante. quia in imagine velociter currit homo: vt in ictu oculi pertranſeat multa loca.

V Primo ergo collectis ſarcinculis noſtris intellectu ⁊ affectu ſcilicet curram⁹ introrſum ad nundinas: id eſt ad negociationes ⁊ mercimonia peccatorũ · ſcd̃o ad nundinas defectuũ noſtrorũ · tertio ad conſiderationem beneficiorum · quarto ad nundinas inferorũ · quinto ad forũ regni celorũ · ſexto ad vanitatem mundanorũ · ſeptimo negociemur aliquid apud deum deorũ. Hec proſequentes per ordineȝ · primo negociemur circa materiam peccatorum noſtrorũ · ponderantes menſurantes ⁊ numerantes magnitudinem longitudinem ⁊ multitudinẽ peccatorum. In his nundinis taliter nos exercentes quouſqȝ lucremur merces omnibꝫ mundi diuitijs meliores: quod eſt penitentia ſalutaris. Nam in ponderibus ⁊ menſuris datur ⁊ accipitur aliquid · ſic ⁊ nos dem⁹ pondera peccatorũ ⁊ accipiamus penitentiam: que cõmutatio nobis erit vtilior q̃ȝ omnes mundi diuitias acquiſiuiſſe. Et hoc eſt primum lucrum quod in hoc primo cõmercio lucramur ſine quo nullum lucrũ in reliquis conſequamur. Quod ſi hoc lucrum ſcilicet penitentiam iterũ ad aliud lucranduȝ ſicut prudentes mercatores faciunt · vlterius exponimus conſequimur · pro illo theſaurũ iteruȝ meliorem remiſſionem videlicet peccatorũ. Hec enim ſe conſequũtur ad inuicem · vt ꝑ fideli ponderatione peccatorum detur penitentia: ⁊ pro vera penitentia accipiat remiſſio peccatorum · hinc Bern · Ad veraȝ cognitionem peccatorum immediate ſequitur penitentia: ad quã ſine vllo interuallo ſubiungitur remiſſio · nam qui vere cognoſcit malum quod ex peccato incurrimus · a penitentia ſe non poterit continere · multominus deus cui proprium eſt miſerere ⁊ parcere a remiſſione ſe continet vbi viderit penitentiaȝ veram eſſe · hoc ergo magno lucro conſecuto ad alias nundinas properemus. X

Scd̃o ergo curramus ad nũdinas defectuum noſtrorum · hec enim mercatio immediate ſequitur ad predictaȝ. Nemo enim ſentiens ſe ꝑ alleuiationem conſcientie ⁊ ꝑ atteſtationem ſpũſancti remiſſionis gratiaȝ conſecutũ mutata deuotione accingit ſe ad gratias referendas: ſed ecce aſſunt qui nos impediunt defectus noſtri ⁊ reliquie peccatorum inquietantes nos ⁊ impedientes ne ad grãs referendas caput erigere valeam⁹. ⁊ tunc primuȝ incipit apparere noſtri negocij difficultas. Cũ enim ex prima gratia creſcit voluntas vt prompta ſit ad faciendũ · qd̃ nouit placitum eſſe deo: ⁊ ipſi defectus adhuc cruidi ex vulneribꝫ nouiſ ſanandi ipediũt bonaȝ volũtatẽ · fit dolor ſup dolo. apiectas inlta tũ ...



lugens plus defect⁹ q̃ȝ prius ipſa peccata: ⁊ hoc eſt q dicit Bernardus. Benignus dñs non permittit electum ſuum in principio tẽptari ſupra illud quod poteſt · vñ fit vt nec damni quantitas nec recuperationis difficultas quanta eſt innoteſcat: ſed poſtea innoteſcat aliqualiter: niſi difficultas ⁊ fruſtra ſperata facilitas euaneſcit. In hoc ergo foro: ſi tamen his nundinis fideliter intenti fuerimus · mercabimur lucrum bonum ⁊ vtile · quod in theſauris ſpiritualibus non mediocriter enitet · ⁊ hoc eſt humilitas que p̄ ceteris virtutibus placet deo: que ſup omnes mundi diuitias ditiorem facit hominem ⁊ eſſe gratioreȝ apud deum · de cuius gratitudine dicit dominus per Eſa · Ad quẽ reſpiciam niſi ad humilem ⁊ quietum ⁊ trementem verba mea? hinc Bern · Inſipiens ⁊ inſanus eſt quicunqȝ in ſapientia vel in alijs quibuſcunqȝ vite meritis q̃ȝ in ſola humilitate confidit. Y Sopitis ergo ⁊ aliquantulum mitigatis defectibꝫ noſtris tertio diſcurramus ad nundinas beneficioruȝ dei · eſtimantes quis · qualia · quanta beneficia nobis dedit ⁊ inuenim⁹ q̃ȝ indebita miſeratio q̃ȝ gratuita dignatio · q̃ȝ ſtupẽda dulcedo inclinauit deum vt noſtri memoriã taliter haberet. Quis enim ẽ iſte benefactor? Reuera deus cuius magnitudinis non eſt finis · qui bonorũ noſtrorum nõ indiget ſufficiens ſibi: ⁊ tamen cor ſuũ dulciter poſuit ſuper nos miſeros ⁊ indignos · ac ſi ex gratia noſtri dependeat omne bonum ſuum. Qualia autem ⁊ quãta beneficia nobis cõtulerit? Sciendũ q contulit nobis optĩa queqȝ. Quid enim melius homine glorificato · quid melius celo tanto hoſpite ſanctis ⁊ angelis illuſtrato · quid melius deo cũ oĩbus optimis ſuis nobis in perpetuum cõmunicato? De quibus optimis dicitur · i · Re · ix · Cuius erũt optima queqȝ in iſrael? ⁊ ſubiungitur. Nonne tibi? Item deuter · xxviij · Aperiet dominus theſaurũ ſuũ optimum ſcilicet celum. Quanta autẽ contulerit nobis? Dico q omnia · nihil ex omnibꝫ ſibi reſeruãs · hinc ps · Omĩa ſubieciſti ſub pedibus eius. Item apoſtolus. Omnia ꝓpter electos. Ex his nundinis (ſi tamen preciosa queqȝ eius non diſſimulabimus) nobiliſſimam margaritã mercabimur quã dicimus caritatem: nihil enim tam facile inclinat hominem ad diligendum ſicut beneficia largitoris · hinc ait Aug⁹ · Ad dei dilectionem in nobis excitandam · nutriendam augmentandam · nihil ita valet ſicut beneficiorum eius frequẽs ⁊ diligens recordatio

Z Quarto aggredere ⁊ ingredere regionem diſſimilitudinis mundũ ſcilicet iſtum ⁊ vide q̃ȝ frequẽtes ſint ibi nundine: quãte germinent ⁊ regerminent vanitates. Uade ergo ſic per forenſes tumult⁹ ⁊ hincinde decertantes circumſpice. Et quantum colligo in tribꝫ cauſis natat omnis voluptas. Alij enim diuitijs · alij carnis delicijs · alij glorie innituntur. Nam de diuitijs dicit Bernar · Curris ad indiam · ethiopiam circũis · tranſis maria: ⁊ alium tibi orbem aperis nauigãdo vt diuitias aggreges fugis patriaȝ · ignoras filios · diuelleris ab vxore ⁊ omniuȝ neceſſitudinuȝ oblitus queris vt acquiras · acquiris vt perdas · perdis vt doleas · ⁊ hoc ꝓ diuitijs. Audi breuiter de honoribus. duceȝ te conſtituerũt ⁊ data eſt tibi facultas vt miſer ſis ⁊ amplius non quieſcas: cumulatur materia ſolicitudinum. Nunquid in honore ſine dolore · in prelatione ſine tribulatiõe. in ſublimitate ſine vanitate quis eſſe poterit? Si ergo queris gloriam: omnibꝫ inuidie ſemina prebuiſti. Idem iudicium eſt de carnis delicijs. In breui tranſit voluptas ipſa ⁊ infectã fetidamqȝ infelicem relinquit memoriam. Contemne igitur hec omnia · ⁊ de his omnibus nundinis lucrare nummuȝ ſcilicet contemptum mundi qui plus ꝯfert vtilitatis q̃ȝ mũdi machina vniuerſa. Quinto curre ad nundinas infernales: quas iterũ deſcribit Bern · ſic dicens. Illa regio eſt regio dura · regio timeſcenda · locus afflictõis terra obliuiõis · terra miſeriarum · terra turbinis ⁊ caliginis · terra maledictionis ⁊ mortis · in qua nullus ordo. ſed ſempitern⁹ horror inhabitat. Torus tremo ad frigus illud horrendum · ibi fetor intolerabilis · ibi percutientes mallei reſonant inceſſanter · ibi confuſe tenebre cumulatius denſentur · ibi confuſio peccatorum. ibi terribilis ⁊ horribilis

faciēs demonum·ibi fletus ⁊ ſtridor denti/
um·ibi eſt penarum diuerſitas·acerbitatis
eternitas. Currere per hec tribulantes nū
dinas: ⁊ ſic moriens diuens deſcēdas in in
fernum lucratē ex his omnibus odium pec
cati dicens in corde tuo. Melius eſt carere
preſentibus voluptatibus ꝙ in ſempiternū
ſubiacere illis cruciatibus. A Sexto
currendū eſt ad nundinas regni celorū: ad
regionem glorioſam: gaudioſam ⁊ volupru
oſam. Ad regionē glorioſam· quia ibi vniti
deo erimꝰ glorioſi nimis valde. de qua glo/
ria dicit dñs per Eſa·xlix· Erunt reges nu/
tricij tui ⁊ regine nutrices tue: vultu in ter/
ra demiſſo adorabunt te ⁊ puluerem pedū
tuorum lingent· ⁊ ſcies quia ego dñs ſuper
quo non confundentur qui expectant eum.
Secūdo ipſa etiam eſt regio gaudioſa· qꝛ tot
ſunt ibi gaudia quot ſunt ibi ſancti ⁊ ange/
li congregati. De quo dicit Eſa·lxv· Gau/
debitis ⁊ exultabitis vſq; in ſempiternum.
De hac leticia dicit Bern· Si haberes ali
quem quē ſicut teipſum amares: de eiꝰ bono
ſicut de ꝓprio gauderes·haberes ergo gau/
dium duplicatum·ſi vero duos vel tres vel
plures tibi pares in amore poſſideres ⁊ eos
ſimili felicitate cōſpicuos cerneres·nūquid
pro eorum leticia in te multiplicaretur gau
dij magnitudo? Poteſt ne ergo illius gau
dij modus a quoq; homine penetrari cū vl
tra mille milia ⁊ decies centena milia innu
merabiles ſint: ⁊ omēs beatitudine eadē ꝑ/
fruantur: nec vllus eorū ſit qui nō tantum
de bono alterius gaudeat quantū de ꝓprio
que omnia nimis habent reſpectum eiꝰ quē
ſupra ſe vident: quē cum videmꝰ nos amā/
tes longe amplius ꝙ noſipſi nos amemus
ideo gaudebimus de ſua gloria multum ni
mis valde. Tertio conſideremus: quia re/
gio iſta eſt voluptuoſa· de cuius delicijs dici
tur in pſ· Inebriabuntur ab vbert· do· tu· ⁊
tor· volup· tu· pota· eos. Iuſte autē nomine
torrentis celeſtes delicie nuncupantur. Quia
ſicut torrens ex multis riuulis confluentibꝰ
facit inundationē·ſic celeſtes delicie ex deo ⁊
ſanctis omnibus et angelis in nos fluūt: nec
ſolum ex omnibus in nos fluunt ſed in nos
totos·alioquin quomō erit deus omnia in oī
bus·ſi in homine de homine aliquid rema/
nebit? Hec ergo ſi fideliter perſpecta fuerit
mercabimur inde lucrum glorioſum et lu/
crum vtile: videlicet deſideriū ſupernorum
quo adepto nihil amplius liber in terris cu
pientes diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto. B
Septimo currendū eſt ad nundinas glorio
ſas ⁊ omnibus meliores quas deus poſſidet
in ſeipſo· de quo ⁊ ſi nihil dici poterit dignū
eo ꝙ lucem habitat inacceſſibilem ·⁊ iō hec
eius ſcientia exuperat omnē ſenſum· aliquid
tamen de his que ſub ipſo ſunt balbuciendo
loquamur: quia ipſa ſunt que in ipe viſitari
hnis: vt ait Eſa· replent templum id eſt ani
mas contemplatiuorū: non enim ipſe videt
quia vt ait Iohan· Deū nemo vidit vnq;
ſed que ſub ipſo ſunt vtcunq; ab anima ſen
tiuntur: ⁊ hoc eſt quod ait Gre· Anima ſpi
ritus ſancti gratia afflata· ꝑ figuras quaſdā
deum videt: ſed ad ipſam vim eius eſſentie
nō pertingit. De his ergo que ſub ipſo ſunt
tria contemplemur ⁊ contemplando rime/
mur: ſcilicet iudiciorū profunditatem· dul/
cedinis bonitatem ⁊ maieſtatis ſublimita/
tem. In quorū contemplatione ſi tm̄ profe
cerimus vt affectꝰ noſter hereat ⁊ ſcḋm ea di/
uinitus afficiatur ⁊ afficiatur: tria lucra inde
reportabimus omnibus mundi diuitijs me/
liora: ſcilicet pauorem· dulcorem ⁊ ſtuporem
ita vt hec ſingula de ſingulis illis ſurgant.
Nam pauorem de iudiciorum profundita
te· dulcorem de dulcedinis bonitate ⁊ ſtupo
rem de maieſtatis ſublimitate reportamus
contemplando. In prima contemplatione
ſtetit pſ· cum dicebat. Iudicia dei abyſſus
multa. O quanto pauore paulus proſtra/
tus extitit: cū tremens ac pauens dixit Ro
ma·xi· O altitudo diuitiarum ſapientie et
ſcientie dei: ꝙ incomprehenſibilia ſunt iu/
dicia eius ⁊ inueſtigabiles vie eius. In ſe/
cunda ſtetit pſalmiſta: cū dixit. O magna
multitudo dulcedinis tue domine ⁊c̄. Item
ſapientie·xij· O ꝙ bonus ⁊ ſuauis eſt domi
ne ſpiritus tuus in nobis. De ambobꝰ aūt
idem dicit in eodē. Vide bonitatē ⁊ ſeueri/
tatē dei· in eos quidē q̄ ceciderūt ſeueritatē
in te aūt bonitatē ſi tm̄ ꝑmāſeris ī bonitate alio/
q̄n tu excideris. de tercio· ſ· ſtupore maieſtatis
dicit Bern. Precipua ⁊ maxima contem/
platio ⁊ ammiratio maieſtatis. Hoc requi
rit cor purgatū a vicijs liberatum atq; exo/
neratum a peccatis: vt ſe facile poſſit ad ſuꝑ
na leuare vt interdū per aliquas morulas
ſtupore ⁊ extaſi ſuſpenſum teneat ammiran
tem· de qua etiā dicit Gregꝰ· Tunc dei ma
xime maieſtatem miramur: cum in cōtem/
platione eius obſtupeſcendo obmuteſcimꝰ
plus muſitare cupientes ꝙ verbis exprime
re valeamus: non inuenientes verba ydo/
nea ad tam ſublimia exprimenda· hoc agen
te ieſu chriſto ⁊c̄.

XXXIIII· Sermo ſcḋs de eodem

# Accipite diſcipli

nam per ſermones meos ⁊ prode
rit vobis. Sap· vi· C Di
cit Gregꝰ· de quo nobis eſt ſermo· ſi mētis et
corporis euagatio per diſcipline cenſurā cō/
peſcitur· tunc ſpirituale edificiū ad deū eri
gitur· nam quo diſciplinata mens extra ſe
euagari compeſcitur· eo ſupra ſe ſurgere cō/
pellitur: qꝛ ⁊ in altum arbor creſcere non po/
terit que per ramos ſe diffundere nō prohi/
betur· que ſi primo inferius conſtringitur in
altum ire compellitur· ſic ⁊ cum riuos fonti
um obſtruimus: fluenta contra ſuam natu
ram ſurſum fluere cōpelluntur· ſic ſi ꝑ diſci
pline cenſuram inferius coartamur: ſurſū
ad deum faciliter eleuamur. Dicit ḡ beatus
Gregꝰ· qui de diſciplina morū ⁊ virtutū ſu
per omnes doctores diſſeruit. Accipite diſci
plinam per ſermones meos editam ⁊ ꝓderit
vobis. In quibꝰ verbis duo facit. Primo
enim ꝓponit ſuam exhortationē. Scḋo ex/
hortationis fructificationē. Primū ibi· acci
pite diſciplinā· ſcḋm ibi· ⁊ proderit vobis.
D Cum ergo ſcḋm Bern· omnes homīes
natura equales genuerit· quicquid boni vel
mali hominibus acceſſerit· ex diſcipline dili
gentia vel eius negligentia habet ortum: et
ideo in genere moꝝ nullū bonū meliꝰ inue
nitur· qua fit vt bona que fecerimus tā ſpi
ritualia ꝙ corporalia per diſciplinam ador
nata reddantur coram deo ⁊ hominibꝰ gra/
tiora. Nam in agendis ⁊ patiendis plꝰ me/
remur in adiuncta diſciplina morum ꝙ in
exhibitionibus factorū. Non enim ſufficit
vt quecunq; bona opera faciamus: ſed vt ea
cum diſciplina ⁊ diligentia exhibeamꝰ· qḋ
in deutero· facere monemur cū dicitur. Iu/
ſte quod iuſtum eſt exequaris. Iuſte enim
quod iuſtum eſt facimus cum iuſtū opus
deo cum diſciplina debita exhibemus· hinc
pſ. Deus glorificatur in conſilio ſanctorū
ac ſi dicat. Plus glorificatur deus in conſi
lio quo cōſiliamur ⁊ conamur: vt bona que
facimus diſciplinate ⁊ decenter dño exhibe
antur ꝙ in ipſis operibus ſine illo. C Grata
autē ſit diſciplina dño patet per eius deſcri/
ptionem quam ponit Bern· ita dicens. O
ꝙ compoſitū reddit omnē ſtatum corporis
necnon ⁊ mentis habitū diſciplina· ceruicē
ſubmittit· ponit ſupercilium· componit vul
tum· ligat oculos· cachynnos cohibet· gulā
frenat· iram ſedat ⁊ format inceſſum. E
Eſt autē quadruplex diſciplina quattuor ī
locis vite noſtre ſi proficere cupimus adhi/
benda: ſcilicet in cordis cogitatione· oris lo/
cutione· morū ⁊ totius vite moderatione et
corporis caſtigatione: que omnia per cautam
⁊ diligentem diſciplinā ſunt ſubtiliſſime re
gulanda. Primā ergo diſciplinam appona
mus cordi: eo ꝙ ab ipſa vita procedat· nam
vt ait Bern· Fruſtra ſiccatur riuus ſi fons
ipſe non fuerit obturatus. Cui ſi debitā di/
ſciplinam ſeruare cupimus tres ei cuſtodias
deputemus: vt videlicet ipſm primū ⁊ ante
omnia in omni puritate ⁊ mundicia cōſer/
uemus· ſcḋo vt deum ⁊ eius bona continue
cogitemus· tertio vt ipſm virtutibꝰ adorne/
mus. Primo dico cor noſtrum in omī pu/
ritate conſeruemus nihil penitus admitten
tes quod cor noſtrū inquinet vel conſcienti
am reprehendat. C ſi aliquid irrepſerit ſta
tim vt deprehenſum fuerit expellatur. So/
lus enim deꝰ inſpector eſt cordis· iuxta illud
iij· Reg· viij· Tu ſolus noſti cor omniū filio/
rum hominum· ⁊ illud. Homo videt in fa
cie· deus aūt intuetur cor. Nam vt ait bern·
nihil facilius fedatur corde. Ante omnia au/
tem ne mortal' peccati macula irrepſerit ca/
ueatur ne aliquid de genere eiuſmodi in no
bis regnet· ne dominet: ne aliquando cōſen
tiatur: dicentes ſemper in cordibus noſtris

illud pſ. Si mei non fuerint dominati tūc
immaculatus ero: ⁊ emun. a deli. maximo:
quod eſt mortale peccatū. de quo hortaẜ apo
ſtolus Ro. vi. di. Non regnet peccatum in
mortali veſtro corpore. ¶ Scdo diſci
plinemus cor noſtrū vt cogitet ſemper deū
nam ex hoc multū proficimus ⁊ interiora
noſtra om̄ia ſanctificantur. hinc diciẜ deuẜ.
Caue ne aliquādo obliuiſcaris domini dei
tui. Quod reuera digne facimus: quia ipſe
nunq̄ obliuiſciẜ noſtri. Itē Thobi. Omni
tempore in mente habeto deum: quia nihil
dignius. nihil vtilius. nihil dulcius poterit
cogitari. Tertio diſciplina cordi noſtro ap-
ponatur vt ipm̄ virtutibus adornemus vt
videlicet ſtudeamus habere in corde noſtro
ad deum ardentem caritatem. ad noſipſos
humilitatem ⁊ ad proximos benignitatem
in his diſciplinabimur ad omnē (ſi tamē p
ficimus) ſanctitatem. De hac cordis diſci-
plina dicitur Eccle. vltimo. Suſcipiat ani-
ma noſtra diſciplinā. hoc eſt bonam cordis
⁊ mentis ↄfirmationē Scdo diſciplina ad
hibenda eſt locutioni oris: ne quid loq̄mur
quod coram deo vel hominib' vel etiam in
ꝓpria conſcientia tanq̄ reprehenſibile con-
temnatur. ¶ Verū quia ẜmo noſter
tripliciter variatur. aut enim deo loquimur
aut ꝓximo aut ꝓ nobiſipſis. ideo diſciplina
oris adhibenda ſimiliter variatur. Primo ergo
locutio quā deo exhibemus diſciplinetur ad
deuotionē: vt quicquid deo loquimur tam
humiliter tam affectualiter ei exhibeatur vt
coram deo deuotio excitetur: ⁊ per diſcipli-
nam verba arceantur: vt in noſtra locutiōe
nihil fatuum nihil diſtortū. nihil ſaluti no-
ſtre contrariū. nihil contra voluntatē ſuam
poſtuletur: nec per euagationē ⁊ verborum diſ
ſolutionē. non ſolū quod petimus nō conſe
quamur: ſed tanq̄ indigni ⁊ deo abomina-
biles repellamur. dicatq̄ nobis deus illud
apl̄i Iaco. iiij. Petitis ⁊ nō accipitis eo q
male petatis. ſicq̄ noſtra locutio q̄ deo de-
betur per diſciplinā coerceatur. vt ſolū deū
⁊ quod petimus cogitemus. Hinc Bern.
Docendus eſt ⁊ fideliter ammonendus in
oratione ſua cor ſuum ſurſum leuare ⁊ a cor
poralibus ⁊ corporum imaginationib' quan
ta poteſt puritate longius recedere. Scdo
locutio noſtra que ꝓximis debetur per diſci
plinam caſtiget vt ſolū edificationē proxi-
mi intendamus: tam diſciplinate tam mo-
derate: tam mature verba noſtra ꝓferentes
vt omnis qui audierit edificetur. De hac
diſciplina loquendi dicit Bern. Boni cum
loquūtur duo in ſuis locutionib' attēdunt
vt videlicet aut ſibi aut certe auditorib' ad
vtilitatem loquantur vel ad minus ſibi ſoli
proſint ſi auditorib' nō proſunt Vn̄ Sap.
Sermo noſter nō ſit inanis ſed aut ſuadeat
quod bonū eſt. aut moneat. aut conſoletur.
aut ꝓuocet. aut inſtruat audientem vel cor-
ripiat delinquentem. De hac diſciplina lo-
quendi diciẜ prouer. v. Fili mi diſciplinā
labia tua ↄſeruent. ⁊ aplus Ephe. iiij. Ser-
mo veſter ſemꝑ ſit in gratia ſale conditus.
nam bonus ẜmo iuſte ſali cōparatur. q2 ſicut
ſal a putredine. ſic bonus ẜmo a fetore ma-
le fame nos conẜuat. ¶ Tertio loqui
mur q̄nq̄ nō deo nec proximo: ſed ad ꝓpriā
vtilitatem ⁊ q̄lemcunq̄ neceſſitatem loqui
oportū o[illegible] nos oporet. quod cū fieri opor-
tet hoc fiat cū maxima diſciplina corporis.
morū cōpoſitione. membrorū ordinatione.
matura locutione. non vocis exaltatione: vt
de nobis dici poſſit illud Eccle. xliiij. In ſer
mone cōpoſito ſunt om̄ia. nam ſicut prouer.
xv. diciẜ. Qui moderaẜ ſermones ſuos pru
dentiſſimus eſt. cauentes illud improperiū
Eſa. lviij. Cum deſieris digitum extendere
⁊ loqui qđ non ꝓdeſt. orietur i tenebris lux
tua. ꝓuer. vi. Homo apoſtata eſt vir inuti-
lis graditur ore peruerſo. annuit oculis. te-
rit pede. machinatur malū ⁊ omni tempo-
re iurgia ſeminat. q2 ſtult9 in riſu exaltat vo
cem ſuam. Tertio in morib' noſtris ⁊ in om̄i
conuerſatione noſtra diſciplinā conẜuem9
vt nō ſolum ꝑdictis in locis ſed in omnib'
moribus noſtris diſciplinare nos apud de-
um ⁊ homines teneamus. capitis inclinatio
ne. oculorum depreſſione. viſus ſummiſſio-
ne. inceſſuum iuſta moderatione: ⁊ tot9 cor
poris compoſitione. quod ſuadet apoſtolus
Roma. xij. dicens. Prouidentes bona: non
ſolum coram deo ſed etiam coram homini-
bus. quod exponēs Bernardus dicit. ¶



Prouidentur bona coram hominibus tri-
bus modis. habitu. actione ſermone. Ha-
bitu ne ſit notabilis. actione ne ſit repreh ē-
ſibilis. ẜmone ne ſit contemptibilis. de quo
in priori membro dictum eſt. Nam de ha-
bitu dicit Auguſti. Habitus tuus mores
honeſtos exhibeat. diſciplinā redoleat, ma
turitatem habeat. nō vt hominibus placea
mus ſed ne ſcandalū prebeamus ⁊ ne diui
num intuitum diſtortis morib' ⁊ laſciuis
inceſſibus offendamus. nam vt frequenter
exterior diſciplina bone cōpoſitionis in mē
te indicium eſt cum tanta maturitate ꝑuer
ſantes vt dicatur de nobis. quod de beato
Bern̄. legimus. Prima virtus habit9 cor-
poris. q ita quaſi vno modo ſemper ſe ha-
beat vt nihil poſſit offendere intuentes. to-
tum in eo diſciplinatū. totum inſigne vir-
tutis. perfectionis forma vn̄ de iterū Bern̄.
In omni conuerſatiōe tua ſolicitus ſis ob-
ẜuare vias tuas. et in conſpectu domini et
in conſpectu proximi caueas tibi a peccato.
et illi a ſcandalo ⁊ ſubiungit. Cuius omni
bus grata ⁊ nemini onoroſa conuerſatio ē.
huic ſine dubio de propria ſalute vniuerſa
fratrum congregatio atteſtatur. Quarto
diſciplinemus corpus. hoc eſt caſtigationi-
bus affligamus. quia vt ait apoſtolus He
brō. Si extra diſciplinam eritis. non filij
ſ adulterini eſtis. Hec autē diſciplina ne
ceſſaria eſt poſt predicta. vt ſi quid de predi
ctis diſciplinis obmiſſum fuerit. vel aliqd
excreuerit. per diſciplinam corporis caſtige-
tur. ¶ Hec autem diſciplina ſicut ⁊ ce-
tere virtutes tripliciter variantur quia tri-
pliciter exercetur. ſcilicet in reſiſtentia vicio
rum in aggreſſione arduorum ⁊ in ſufferē
tia aduerſorum. in his tribus om̄is caſtiga
tio continetur. de quibus dicitur eccl. xxxiij
Cibaria ⁊ virga ⁊ onus aſino. panis ⁊ diſ
ciplina ⁊ opus ẜuo. Or ſi corpus noſtrum
magis laſciuire cupiens. hec aggredi nolu
erit. tunde latera eius virga. eccle. iterū ibi-
dem. Seruo peſſimo latera ſanguinare vt
poſſumus dicere ẜm gre. q atribus tripli-
citer diſciplinamur. Alia nanq̄ a dō. alia
ab antiquo aduerſario. alia a proximo ſu-
ſtinemus A proximo nanq̄ perſecutōnes
damna ⁊ contumelias. ab antiquo aduer-
ſario temptamēta. a deo flagella toleram9.
Qualiter autem hec tria ſufferantur ſtatī
ſubiungit dicens. Or in his tribus modis
vigilanti oculo ſemꝑ ipam mens debet cir-
cumſpicere. ne contra mala proximi perturbata
batur ad retributionem mali. ne contra tē-
ptamenta dyaboli ſeducatur ad delectatio-
nem vel conſenſum delicti. ne contra flagel
la opificis ad exceſſum prorupat murmura-
tionis. ¶ Sequitur ſecundum prin-
cipale. ſcilicet ⁊ proderit nobis. in quo ver-
bo nobis innuitur vtilitas diſcipline. Nā
ex predictis quatuor diſciplinis vtilitates
totidem nobis ſurgunt. quia ex diſciplina
cordis ſiue ſpirituali interiora mundātur.
ex diſciplina verbali merita cumulātur. ex
diſciplina morali virtutibus ditamur ⁊ ex
diſciplina corporali a futuris penis ſecurā
mur. Et ſic per iſta quatuor exercitia anīa
noſtra ad dei ſimilitudinem a qua longe ꝑ
diſſimilitudinem receſſerat reformatur vt
per iſta quatuor tanq̄ quatuor paſſib' ad
deum redeat vnde venit ⁊ hoc eſt quod di-
cit Bernnardus. Ab ipō ⁊ ad ipm̄ condit9
eſt animus rationalis. vt ad ipm̄ ſit cōuer-
ſio eius. ad imaginem enim ⁊ ſimilitudiē
eius conditus ē. Unde quādiu hic viuitur
q̄ꝓxius poteſt accedat ad eum ſimilitudi-
ne a quo ſola diſceditur diſſimilitudine vt
ſit hic ſanctus ſicut ille ſanctus eſt. et in futuro
btūs ſicut ille btūs eſt. qđ adhuc tā figura q̄
ſcriptura poterit declarari. Figura nam ſi-
cut dicitur Geneſis octauo. emiſit noe co-
lumbam de arca non vt extra maneret. ſed
vt ad eum rediret. ſic deus creando infun-
dens ⁊ infundendo creans mittit animas
rationales in hunc mundum. non vt extra
maneant. ſed vt ad eum redeant. quod ad-
huc per alia quedam euidentiora declaraẜ.
Omnia enim entia particularia ⁊ impſe
cta ſicut eſt aqua ignis ⁊ terra ad ſua prin-
cipia ⁊ ad ſua perfecta naturali curſu ten-
dunt. vt in eiſdem perficiantur. hinc eſt q
omnis aqua particularis naturali ſuo cur-
ſu tendit ad mare. vt in eo tanq̄ in ſuo per
fectibili perficiatur Eccle. Omnia flumina
intrant mare. ſic omnis ignis naturaliter

ſurſum tendit vt celo empireo tanq̃ ſuo
perſcrutabili vniatur. ſic omnia que de terra
naſcuntur. in terram reuertuntur Eccleſia.
tercio. Omnia pergunt ad vnum locum q̃
de terra facta ſunt. et in terram pariter reuer
tuntur. Sic anima rationalis que a deo ē
ad deum iuſto ordine reuertetur. quod nō
ſolum figura vt viſum eſt ſed etiā ſcriptu/
re oſtenditur. dicitur enim Eccleſiaſt. duo
decimo. Reuertatur puluis in terram ſuā
vnde erat. et ſpiritus redeat ad dominum
qui dedit illum. vnde de homine chriſto dr̄
Iohannis. Sciens ieſus quia a deo exiuit
et ad deum vadit. vnde Bernardus. Spi
ritus rationalis quia imago dei eſt. intelli/
git et ſcit ſe poſſe et debere adherere ei cuiuſ
ymago eſt. quod cum in homine perficitur
tunc compleſſe dicitur curſum ſuū. de hac
fine conſummationis iterum dicit Bernar
dus. Hoc eſt deſtinatum ſolitarij certami/
nis brauium. hic finis. hic premium. hic re
quies laborum. conſolatio dolorum. et ipſa
hominis perfectio et vera eius ſapiētia. om
nes amplectens et continens in ſe virtutes
non aliunde collectas ſed naturaliter inſi/
tas. ad ſimilitudinem dei qua eſt ipſe quic
quid eſt et hec eſt hominis iuſti in hac vita
perfectio. et perfectio huius perfectionis ibi
erit vbi erit brauium ſuperne vocatōis per
fecta apprehenſio. ad quā etc.

XXXV. De ſancto benedicto.

# Quicunq̨ hāc re

gulam ſecuti fuerint. pax ſuper il/
los et miſericordia et ſuper iſrael dei Galſ.
ſexto. M Dicit Ambro. Ad ſanctiſſi/
mi et beatiſſimi patris noſtri benedicti cui9
hodie feſta celebramus laudes addidiſſe a
liquod decerpiſſe eſt. eo q̄ illa nobilis ling
ua gregorij quicquid laudis eius accipi po
terat. redundantis eloquij ſermone magnifico
glorioſe depinxit. totam vitam eius et actus
tam magnifice extollens. vt laudi eius ni/
hil amplius addi queat. q̄ ſi quid deuotio
ne vrgente de noſtro aliquid addere cupi/
mus. non verbis ſed operibus illud fiat. ſic
enim dicit ambroſius. q̄ virtutū eius glo
ria non ſermonibus exponenda eſt ſed operi
bus comprobanda. Suprema enim laus
deo et ſanctis eius gratiſſima et nobis vtiliſ
ſima conſiſtit in ipſorū imitatione vt ſequa
mur veſtigia eorum non declinantes ad de
xteram nec ad ſiniſtram. propter quod ſ huiuſ
propoſitum eſt inductum quod nobis mi/
niſtrat materiam imitandi. nam in regula
que nobis proponitur vita eius glorioſa re
lucet. Dicit em̄ Bern̄. q̄ non potuit aliter
docere q̄ viuebat. nec aliē viuere q̄ docebat
N Sciendum ergo q̄ in verbis propoſitis
duplex nobis regula proponitur imitandi vi
delicet doctrinalis et exemplaris. Doctrina
lis eſt illa editio que hodie per vniuerſum
ordinem ciſterſien̄. ad legendū in noſtris
capitulis inchoatur. in qua docemur quō ſe/
cundum deū et glorioſum legiſlatorē noſtrū
benedictum viuere debeamus. Exēplaris
aūt regula eſt ſanctiſſimi patris noſtri vita
que nobis tam in lectionibus q̄ in cantibuſ
ad memoriam reuocatur. de prima regula
ſit primus ſermo. de ſecunda ſcdus. De pri/
ma regula proſequētes. ſciendum q̄ in verbis
propoſitis tria intelligimus. ſcʒ ſequentium
paucitatem. regule auctoritatē. imitantiū
vtilitatem. Primū ibi quicunq̨. ſcdm ibi
hanc regulam ſecuti fuerint. terciū ibi. erit
pax etc. O Primū adhuc tria cōtinet
ſcdm q̄ hec diſtributio quicūq̨ tria impli/
cat. Inſinuat enim nobis dei largitatē. ſe/
quentium paucitatem. regule libertatem.
Primo dico hec diſtributio quicūq̨ inſinua
it nobis dei largitatē. ac ſi dicatur. Quia
dei largitas nulli ſe denegat. nulli ſe ſubtra
hit. ſed ſtans in publico cuilibet ſe offert ſi
num gratie nulli claudens. ſed ſecundum
capacitatem ſequentiū ſue largitatis gra
tiam amminiſtrat. Dicit eniʒ philoſoph9
q̄ non eſt ponere vacuum. ſed quantū nos
exinanimus de obſtaculis gratie. tantū de
bonis domini adimplemur. Dicit em̄ Bern
nardus. Quāto quis de terrenis euacuabiſ
tanto de bonis celeſtibus implebitur. ſi mulſ
tum multum. ſi parum parum. quia ſicut.
iiij. Regum quarto di. vbi vaſa vacua nō
fuerint ibi locum ſtare neceſſe eſt. quia ſicut
in collationibus patrum dicitur. diuine lar/
gitatis munificentia ſecundum menſurā
fidei in qua vnumquemq̨ reperit gratiam
largitur. credentem namq̨ q̄ ad emundati/
onem lepre ſue voluntatis chriſti ſola ſuffice
ret. voluntatis ſue ſolo curauit aſſenſu di/
cens. Volo mundare. Alteri deprecanti vt
adueniens per impoſitionē manus defun
ctam filiam ſuſcitaret. ingreſſus domū ei9
eodem modo vt ille rogauerat exhibebat.
Alij credenti ſummam ſalutis in ſolius ſer
bi ſui prolatione conſiſtere cū diceret. Dic
tantum verbo et ſanabitur puer meus. per
ſermonis imperium diſſoluens artus priſti/
no robore ſolidauit. dicens. Vade et ſicut cre/
didiſti fiat tibi. Inter alios autem virtutē
curationis ita effluenter effudit vt de his
euangeliſta commemoret. et curauit omēs
languores eorū. inter alios autem illa im/
menſa beneficiorum abyſſus ita obdurata
eſt vt dicatur. Non potuit ieſus inter illos
facere virtutes propter incredulitatem illo
rum et ita largitas dei non ſm vniformem
maieſtatis ſue potentiam ſ; ſm capacitatē
et affectum petentium gratiam ſuā ſingu/
lis impartitur. P Secundo hec di/
ctio diſtributiua quicunq̨ inſinuat ſequē/
tium paucitatem. ac ſi dicatur. Quicunq̨
de multitudine omnium. quia pauci ſunt
qui expedite ſequantur regulam. Si enim
in via preceptorum pauci ſunt qui ſequan
tur dominum ipſo dicente. Multi ſunt vo
cati pauci vero electi. quanto minus in viā
conſiliorū in quo non dicimus q̄ pauci de
his qui ſunt in ordine ſaluantur. quod du/
rū eſſet dicere. ſed q̄ minus habet iuſticia
ſupplet miſericordia. Hoc tamen audacter
dicimus ex ſententia ſaluatoris innixi euā
gelice veritati. quia licet multi ſint vocati.
pauci tamen ſunt electi. quia arta eſt via q̄
ducit ad vitā et pauci ambulant in ea. Cur
autem pauci ſint qui ſaluentur multe ſunt
cauſe. Hoc enim contingit propter impedi
entium demonū doloſitatem. concupiſcibi/
lis peruerſitatem. cadendi pronitatē. reſur/
gendi difficultatem et ſtandi debilitatem.
propter quod dominus conqueritur michee. vij
di. Ve mihi quia factus ſum ſicut q̄ colligit
in autumno racemos vindemie nō eſt bo/
trus ad comedendum. Item Eſaie. xxiiij.
Quomodo ſi pauce oliue que remanſerūt
excutiantur de oleo et racemi cum fuerit fini/
ta vindemia. Hinc criſoſto. Timendū eſt
xpianis ne eo modo introeant in regnū ce/
lorum quō filij iſrael in terram promiſſio/
nis ſcilicet duo tantū de omni multitudine
quia ſolum per vnam viam ſcilicet carita/
tem itur ad regnū celorum. ſed per ſeptem
mortalia peccata tanq̨ per ſeptē vias deſcē
ditur ad infernū. Q Tercio hec di/
ſtributio quicunq̨ implicat regule liberta/
tem. quia omnibus patet acceſſus ad eam et
nulli penitus denegatur. di. Bernardo.
Regula ſancti benedicti (vt ego ſentio) omi
homini proponitur. imponitur nulli. prodeſt
ſi deuote ſuſcipitur et tenetur. non tamen ſi
non ſuſcipitur obeſt. quod autem in volun
tate eſt ſuſcipientis non in poteſtate propo
nentis voluntarium merito dixerim nō ne/
ceſſarium. Attamen hoc ipſum quod dico
voluntarium. ſi quis ex propria voluntate
ſemel cōmiſerit et promiſerit. deinceps ī ne/
ceſſarium commutatur. nihil iam liberum
habet dimittere quod ante non ſuſcipere li
berum habuit. ideo quod ex voluntate ſu/
ſcepit ex neceſſitate tenebit. Sequitur ſecū/
dum mēbrum ſcilicet hanc regulā. in quo
regule noſtre auctoritatē diximus deſigna
ri. Cum enim per vniuerſum ordinē ciſter/
ſien̄. hodie hoc ē in die ſancti bn̄dicti in ca/
pitulis noſtris regula incipiatur. poſt cui9
lectionem ſermo ſtatim ſubiungitur. conue/
nienter valde hoc pronomen hanc quod eſt
demonſtratiuū regula iam lecta demōſtra/
tur et de ea dicitur. Quicunq̨ hanc regulā
etc. R De hoc ergo mēbro tria dican
tur per ordinem. ſcilicet de voti obligatōne
ſecundo de horū que votū adiuuant inſinu
atione. tercio de finis aſſecutione. Primo di/
co videndum eſt de voti obligatione hoc eſt
quid vouētes ſtatum religionis promitta/
mus. non autem promittimus regulā ob
ſeruare. vel perfectionis ſtatum nos velle cō/
ſūmare. quia ſi hoc promitteremus. tūc nō
ſoluentes eſſent voti tranſgreſſores. quod ni
mis difficile videretur. ſ; promittim9 nos
velle conari. nec velle exercitare et opera da
re vt perfectionē vite attingamus. et quicūq̨

ab hoc conatu ⁊ voluntate conandi recederet. eſſet vtiqꝫ tranſgreſſor voti. Vnūquodqꝫ autem tunc perfectum dicitur cum attingit proprium finem qui eſt vltima rei perfectio. Vltimus autem humane vite terminus eſt ipſe deus ad quem tanqꝫ in vltimū finem ⁊ ſuum perfectibile tendere debet anima rationalis. quē cum apprehenderim⁹ dicimur iam perfecti. Hunc autem finem perfecte non apprehendimus in hac vita. ſ ideo nobis hic finis proponitur vt ſciamus quo ſit conandum. nam ad hunc finē in futuro conſequendum promouentia ſunt accipienda ⁊ impedientia proijcienda. et hec duo cum magno ⁊ indeficienti ſtudio ſunt facienda ⁊ continuanda. quod ergo primū eſt in intentione vltimū erit in executione et quod vltimū eſt in intentione vltimum eſt in executione. S Primo ergo dicendum eſt de conatu agendi. deinde de conatu nociua abijciendi. tercio de conatu promouentia accipiendi. que ſe iuſto ordine adinuicē conſequūtur. quod patet per ordinem retrogradum. Non enim finem deum cōſequimur niſi per caritatem. nec illam conſequimur niſi alia amabilia abijciamus. nec illa duo perficimus niſi per indeficientem conatum ad ea ſcriter contendamus. Primo ergo dicamus de conatu quem per votum regule vouemus. Tunc autem bonum ⁊ ſanctum habemus conatum. ſi ſtuduerimus et exercitauerimus nos vt de cōtingentibus quantum iuuamur nihil obmittamus. ſed ſicut ait apoſtolus. ſiue preſentes ſiue abſentes contendamus placere deo. ne imprecetur nobis illud Iereme quadrageſimo octauo. Nec iuxta quod potuit conatus eſt facere. et hunc conatum pro perfectione accipit a nobis deus. Vnde ſuper illo verbo pſalmiſte. Imperfectū meum viderunt oculi tui ⁊ in libro tuo omnes ⁊c. dicit Bernardus. In libro tuo omnes ſcribentur tanqꝫ perfecti. et ſubiungit. Qui omne quod poſſunt faciunt? Si autē ab hoc conatu deficimus a voto noſtro recedimus. et per conſequens cadimus a ſalute. vnde Bernardus ſuper illo verbo. Ambulate dum lucem habetis dicit. Non ambulantem ſed ſedentem a mortis tenebris comprehendi periculoſum eſt. et quis ſedens niſi qui ſecurus proficere. Id caueto. ⁊ ſi mors te occupauerit fueris in refrigerio eris. Sic ergo in ſolo conatu permanebimus. votū noſtrum ſoluimus. ⁊ hoc ipſum nobis pro perfectione reputatur dicit enim iterum Bern. In deſeſſum proficiendi ſtudium et iugis conatus perfectio reputatur. T Expedito ergo de conatu indeficienti. ſecundo dicendum eſt de ſtudio impedientia amouendi. et hoc quantum de preſenti voto regule ſunt tria a quibus tanqꝫ a radicibus pullulat omne malū. Abijciamus ergo diuitias induentes paupertatem. carnis delicias reſpuentes aſſumentes caſtitatem. cordis vicia ⁊ maxime propriam voluntatem proſequentes diuinam voluntatem per obedientiam. que tria neceſſario abijcimus ⁊ eis de neceſſario renunciamus ſi tamen ad finem noſtrum conari intendimus vt oportet. Cum enim per ſolam caritatem finem perfectionis attingamus. illam non conſequimur. niſi priora amabilia relinquamus. quia amor partitus in multa non eſt efficax ad deum. Nam vt ait iohannes. Nolite diligere mundū. neqꝫ ea q̄ in mūdo ſunt q̄ ſunt predicta tria. Quare? Quia qui diligit mundum non eſt caritas patris in eo. Tercio dicendum eſt de ſtudio ⁊ conatu promouētia aſſumendi. hoc eſt omnia que nos ad perfectionē promouēt aſſumamus. q̄ licet ſint multa. vtpote omnia que ſunt de genere bonorum. illa tamē ſunt ſingulariter proſequenda que homo xp̄s ieſus nobis propoſuit in ſe ipſo. que ſunt humilitas vite auſteritas benignitas pietas ⁊ ante oīa hec caritas. Nā vt ait iohā. qui dicit ſe in xp̄o manere debꝫ ſicut ille ambulauit ⁊ ipſe ambulare alioquī perfectionē vite quā dulcis ieſus in ſeipſo nobis propoſuit nullatenus conſequimur. naꝫ perfectio vite hūane in ſola perfectione caritatis conſiſtit per quā affectus hominis totaliter in deū fertur. ſ hoc ſolum contingit in patria. et hec eſt illa caritas de qua precipitur math. vi. Diliges dn̄m de. tu. ex to. corde et ex to. a. t. ⁊c. quā deus non ideo precipit vt preuaricatores nos conſtituat cū nō poſſit impleri. ſ vt ſciamus quo ſit conandum. V Eſt tamen ſciendum q̄ ſanctus thomas duplicem ponit caritatē. Vnam qua ſcd̄m omnes affectus toti ⁊ totaliter ⁊ ſemper ferimur in deum. et hec nō niſi in patria poſſidetur q̄ in hac via ⁊ vita ñ poterit adimpleri. De qua dicit bern. Ego puto non hic impletum iri. diliges dn̄m deū ⁊c. quouſqꝫ ipſum cor cogitare iam non cogatur de corpore. Impoſſibile nanqꝫ eſt totaꝫ hanc ex toto ad deum poſſe colligere ⁊ diuino infigere vultui. quamdiu huic fragili et erumnoſo corpori cogimur deſeruire. Tūc autem implebimus cuꝫ introductus fuerit fidelis ſuus in gaudiū domini ſui. quaſi miro modo quodammodo oblitus ui ⁊ a ſe penitus velut deficiens totus pergit in deū et deinceps adherens ei vnus ſpiritus erit cum eo. X Secunda caritas eſt qua totaliter ferimur in deum ſ ad punctuꝫ et veluti ad momentum. et hec viris perfectiſſimis poſſibilis eſt in hac vita. De qua auguſti. ſuper illo verbo. Diliges dn̄m ⁊c. vſqꝫ tota virtute tua dicit. Hec totalitas q̄ hoc intendit vt oēs motus anime in deum referantur. ſic non impletur in hac vita niſi forſitan ad tempus breuiſſimū a viris perfectiſſimis quod idipſum ſibi factum aſſerit dicens. Cum inhe ſero tibi deus ex omni me nuſqꝫ erit dolor ⁊ labor. viua erit anima mea tota plena te. ad quā ſi conamur nihil de contingentibus obmittentes. ex hoc ⁊ nos perfectionem dicimur attigiſſe. Sequitur tercium principale ſcilicet erit ſuper eum pax et miſericordia ⁊ ſuper iſrael dei. In quibus verbis tria bona ſequentibus regulam promittit apoſtolus. ſcꝫ mentis tranquillitatē miſericordie largitatem dei caritateꝫ. Primū ibi pax. ſecundum ibi miſericordia. tercium ibi et ſuper iſrael dei. Y De quo ſciendū q̄ quādiu viuimus in hac vita malo triplici ſubiacemus. ſcꝫ malo periculoſe impugnationis. malo diſpendioſe commiſſionis et malo defectuoſe operationis vel etiā timoroſe indignationis. Primo dico ſubiacemus malo periculoſe impugnationis Impugnant enim nos tres hoſtes ſcilicet caro mundus ⁊ demones. quorum impugnatio eſt periculoſa. quia caro vicina. mūdus magnus ⁊ demones multi. Contra hos datur pax ſequentibus regulam quod per Eſa. xlix. promittitur cum dicitur. Longe effugabuntur a te qui abſorbebāt te. diceturqꝫ eis illud. j. reg. xxv. Sit tibi pax. ſit domui tue pax ⁊ omnibus quecunqꝫ habes ſit pax. dans triplicem pacem contra tres hoſtes. Hinc petrus dicit. Quis eſt qui vobis noceat ſi boni emulatores fueritis. ac ſi dicat. nemo. quia vt ait gre. nulla nocebit aduerſitas ſi nulla dn̄etur iniquitas. Scd̄o ſubiacemus malo diſpendioſe cōmiſſionis. q̄ peccata cōmittimus inceſſanter. de quo ia. iij. di. In multis offendimus omnes. Contra hoc malum datur ei miſericordia vt facilime remittantur. Vnde prouer. xv. dicit Per miſericordiā purgāntur peccata. ezech. xvi. Expandi amictū meū ſuper te. et operui ignominiam tuā. Amictum vocans miſericordiam Hinc mar. xvi. Et ſi mortiferū quid biberint non eos nocebit. vt nō ſolum mala non noceant ſ miro modo etiam cooperentur in bonum. Z Tercio ſubiacemus malo defectuoſe operationis ⁊ timoroſe indignationis. Sūt enī tam vilia ⁊ propter nulla in iudicio diuine veritatis opa noſtra ⁊ tam defectuoſa vt merito timeamus ea in dei oculis diſplicere ⁊ per conſ ſue nos indignatōni ſubiacere quibus pro conſolatione dr̄ ⁊ ſup iſrael dei. ac ſi dicat. Deus. Sicut caritas mea eſt ſup iſrael. i. ſup celeſtes ſpiritus qui iuſte iſrael. i. videntes deū dicunt et per conſ ſup omnia eorum opa. ſic vos placetis et per conſ omnia opa vr̄a placent. diceretqꝫ eis illud Eccle. ix. Vade ⁊ comede panē tuum in leticia ⁊ bibe cū gaudio vinū tuū. q̄ deo placēt opa tua. Poteſt ⁊ aliter exponi hec pticula ſcꝫ ſup iſrael dei. vt per hoc deſcribat ⁊ ſpecificet eos quibus pax ⁊ miſcd̄ia ſit promiſſa. ac ſi dicatur. Pax ⁊ miſcd̄ia erit ſup illos. qui in regla ita pficiūt vt fiāt vere iſraelite. i. cōtēplantes deū. nō ſup q̄ ſibi vouētes ⁊ nō ſoluētes. ſ ſup eos qui gr̄a promouēte ita pficiūt vt ſciāt deū ſpūaliter contemplari. qui in trinitate eſt ⁊c.

XXXVI. De annunciatione beate Marie virginis.

**IN ſole poſuit ta**
bernaculū ſuū A. pſal. xviij. di-
berū. Accede hāc ſilitudinē qua nulla in re
bus mūdi poteſt eſſe ſublimior. nihil eñi ha
buit ſpūſſanctus in viſibilibꝫ creaturis ex-
cellentius cui excellentiā virginis ꝯparet.
In verbis ergo ꝓpoſitis ſub metha ſora ſo-
lis hec glorioſa feſtiuitas ꝯmēdatur. in qui
bus tria per ordinē declarantur. vicʒ glorio
ſe virginis excellentiſſima ꝯmendatio filij
dei dignātiſſima ꝯceptio. omniū noſtrūʒ
vtiliſſima ꝓmotio. Primū ibi. in ſole. ſecū
duʒ ibi poſuit. terciū ibi. tabernaculū ſuuʒ
Primo igitur noīe ſolis ꝓponitur nobis
glorioſe virginis excellētiſſima ꝯmendatio
quā in ꝓprietatibꝫ ſolis luciſſime cogno-
ſcemus. Non eñi ſolis nomīe vocaretur ni
ſi quia ꝓprietates eius ſibi poſſent ꝯuenien
tiſſime adaptari. Nam ſm philoſophum
omnes transferentes. ſcdm aliquā ſimilitu-
dinē transferūt. non igitur beata virgo ſol
vocaretur. ſi non poſſent ei ꝓprietates ſolis
aptiſſime applicari. Propter qd ſciendum
ꝙ ſol ſeptem habet ꝓprietates. que ſpiritua
liter intellecte ꝯueniūt ꝟgini glorioſe. Ha
bet eñi ſol in ſubſtantia puritatem. in ſplen
dore claritatem. in excellentia ſingularitatē
in ſitu ſublimitatē. in motu continuitatem
in influētia fecunditatē ad oīa ꝯmūitatē
que ſpiritualiter īntellecta glorioſe virginis
Marie ſtatui coaptantur. Primo dico ſol
habet ī ſubſtātia puritatē. et tantā ꝙ inter
omnia corporalia nihil poteſt purius inue
niri. adeo vt omniū hominū intuentiū vi-
ſus ex puritate eius retūdatur. Quis eniʒ
apertis oculis pleno intuitu ſolem vnquā
potuit intueri. Que ꝓprietas glorioſe ꝟgi
ni optime conuenit. que pre oībus puris
creaturis tam angelicis ꝙ hūanis hʒ excel
lentiſſimā puritatē. quā nulla creatura ple
na ꝯgnitione ſufficiēter poterit intueri. vn-
de auguſti. Ubi de peccato agitur Marie
nullam volumus fieri mentionē. ea eñi pu
ritate nitebat virgo ſancta. qua ſub deo ne-
quit maior intelligi. vnde oēs tam ange-
lici ſpūs ꝙ hūani ādmirando clamāt ī celis
Que eſt iſta q̄ aſcendit de deſerto: ac ſi di-
cant. Que eſt iſta que in tāta puritate aſcē
dit. quā nō ſolum nullus hominūʒ ſ; nullꝰ
noſtrū ad plenū cognoſcere poterit. puritā-
te eius noſtrū intuitū repellente. hic bern.
Quis vnquā ſolem iſtū materialeʒ pleno in-
tuitu apertis oculis potuit intueri. ſic nullus
eius puritatem plena cognitione ſcire po-
tuit ⁊ videre. B Secundo ſol in ſplē-
dore habet claritatem. per quā lucet ⁊ perlu-
cet omnē ſuperiorē regionē. ita vt oīa cele
ſtia luminaria in ꝯparatiōe ſui ſplendoris
non luceant. imo nec penitus videantur. qꝛ
ſtelle ⁊ luna que in nocte lucent ex ſuperexcel
lenti ſolis claritate. in die nō ſolum lucēt. ſ;
penitus occultantur. ſic beata virgo omnē
creaturā in vite ſanctitate taʒ excellenter ſu
pereminet. vt in eius ꝯparatione omnes ſan-
cti ⁊ angeli quaſi non ſint extincti videant̄
Hinc bern. Sol iſte materialis tam luci-
de incandeſcens ita ſiderum ⁊ lune poſitio-
nem obfuſcat vt ſicut quaſi non ſint. videri
non poſſint. Sic virga yeſſe veri preuia lu-
minis inacceſſibili luce perlucens. ſic vtro-
rūq; ſpirituū hebetat dignitatē. vt in cōpa-
ratione virginis. nec poſſint nec debeāt ap-
parere. et licet in eius cōparatōne nihil eſſe
vel etiam apparere videantur. non modicū
tamen ex eius fulgore illuſtrantur. vt ex eiꝰ
preſentia tota celeſtis curia ⁊ vniuerſa eiꝰ
milicia clarius incandeſcant. Hinc iterum
Bern. Sicut oēs ſtelle pariter ⁊ luna ſplē-
dorem ſuū habent a ſole. nec tamen in eius
lucent pñtia. ſic omnes ſancti lucidius lu-
cēt ex eiꝰ pñtia ⁊ tamen ī eꝰ ꝯparatiōe q̄ſi
non luceant ſic latent. vnde ꝯtingit hoc mi
rabile vt ex eius preſentia magis luceant ⁊
tamen minus lucere videantur. Sicut er-
go ſuper oīa luminaria celi. ſol ſuo lūmīe
emicat et choruſcat. ſic beata virgo ſanctita
te vite emicat ſuper oēs ſanctos. C Tercio
ſol habet in ſitu ſublimitatem. vt etiā ex ni-
mia remota altitudine paruuſ apparea cū
ſit maior tota terra. ſic beata virgo tā in via
per vite meritū ꝙ in celo per premiū. ſuper
omnes puras creaturas in altiſſimo eſt lo-
cata. C Propter quod ſciendum ꝙ
ſtatus vie ⁊ merita ſanctorum in tribꝫ con-
ſiſtunt. ſcilicet in gratijs. virtutibꝫ ⁊ deuo-
tionibus. et horum tria ſuprema ⁊ altiſſima



virgo ſanctiſſima attingebat. Supremum
autem in gratijs eſt omnē gratiam abūdā-
tiſſime poſſidere. Unde ipſa gloriatur de
hac abundantia eccl. dicens. In me oīs
gratia vie ⁊ veritatis. ac ſi dicat. Omnis
gratia vie id eſt vite huius eſt in me. q̄ nō
ſolum mihi ſ; omni homini oīi ſtatui om
ni etati ſufficit. Unde Jero. Ceteris ꝑ par
tes marie vero tota ſe ſimul infudit plenꝰ-
tudo gratiarum bern. Ad quid putas mari
am ab angelo iam dudum ante ꝯceptioneʒ
plenam gratie nunciatam: niſi vt ſuperue-
niente deo in vterum. nobis fieret ſuperple
na vt quotienſcunq; precibus (licet tenuif)
moueretur ſupereffluere nobis liquorē gra
tie effundendo. Unde ex perſona eius dicit̄
Eccle. Uidete quia nō ſolum mihi labora-
ui. ſed omnibꝫ exquirentibꝫ veritatem Al-
tiſſimū ergo in omnibus gratijs eſt habere
omnem gratiam. Ipſa nanq; omnem ha-
bet gratiam. non ſolum ſibi ſed omnibꝫ eā
inuocantibus ſufficientem. Secundo ſte-
tit in altiſſimo virtutum. quia quicquid ſu
premū in virtutibus eſſe poterat. hoc habe
bat. ſupremū aūt in virtutibus dicimꝰ om
nes habere virtutes in ſummo. ſine vicio ī
pugnante. qd in nobis minime ꝯtingit. qꝛ
q̄d eñi in nobis de virtutibꝫ plantatur. hoc
fit cum impugnatione ꝯtrarij. ſcʒ vicij. naʒ
in nobis virtus tenet mediū viciorꝫ ⁊ nul
la in nobis virtus nutritur niſi de vicio cō
trario impugnemur. vnde eunuchis nō at
tribuitur virtus caſtitatis quia de vicio cō
trario ſcilicet luxuria minime impugnātur
Glorioſa aūt virgo ſic omnes virtutes ha
buit. vt de nullo vnq̄ vicio temptaret̄ Ter
cio ſtetit in ſuprema deuotione. tanto autē
noſtra deuotio eſt altior quāto ſubiectuʒ de
quo procedit (loquitur de ſubiecto huma-
no) et obiectū in qd agitur eſt purius ⁊ no-
bilius. Et quia virgo ſancta puriſſima fu-
it poſt deū. ⁊ in puriſſimū obiectū deuʒ vi-
det quē pre omnibus creaturis puriorē ap
prehendit Ideo eius deuotio ſemper extitit
in ſupremo. Quoꝫ aūt in his altiſſimis ſemper
fuerit. ex perſona eius dr̄ Eccle. xxiiij. Ego in
altiſſimis habito ⁊ thronus meus in colū-
pna nubis. In omnibꝫ ergo altiſſimis grati
arum virtutū deuotionis ꝯtinue morabat̄
D Quarto ſol in motu habet ꝯtinuita
tem nunq̄ eñi ad momentū tpis ad ictū ocu-
li requieſcit. ſ; curſum ſuū ꝯtinuat inceſſan
ter. Sic beatā virgo ſemꝑ fuit in motu me
ritorie actionis. Quicquid eniʒ agebat hoc
cū tanta diſciplina ⁊ reuerentia faciebat ꝙ
in oībꝫ ſuprema merita cumulabat. Si eñ
alij ſancti in infinitū inferiores ad talē ſta-
tū ꝓmouente gratia, puehūtur. vt de vita eo
rum teſtante ps. folium nō defluat. et oīa
quecūq; faciet ꝓſperentur. multomagis ſi
ne oī ambiguo de virgine eſt credendum
ꝙ de oī vita ſua nihil vnq̄ ei vacuū per
tranſiuit. nam in comedendo bi. dor. ſine q̄-
bꝫ hūana natā durare nō pōt. auxit ſuū me
ritū inceſſanter. qui ꝓpe que de oībꝫ his ni
hil ꝙ q̄ ſola requirebat neceſſitas ſibi ſum-
pſit. Hec aūt cōtinuitas merendi precipue
ex tribꝫ agebatur. vicʒ de exteriorꝫ ſenſuū et
mēbrorꝫ ad deū ⁊ ꝓpter deū cōtinua exerci-
tatione corporis continuatōe interiorꝫ ſuorꝫ ſcʒ
rōne memoria ⁊ voluntate. mētis ⁊ ſpiritꝰ
ad deū cōtinua ſuſpēſiōe qd licet nobis ſit
impoſſibile ⁊ ꝑ cōſequēs de ea vix credibile
tñ qꝛ btā ꝟgo in ſe nl'lū hūit ītractiuū eo ꝙ
fomes peccati ꝑ cōceptiōꝫ filij ſublatꝰ eſt in
ea totaliter ⁊ extīctus. Ideo ſꝑ ſuprema me
rita cumulabat. Quoꝫ ſi ꝓpter corporis teneritu-
dinē aliqd ď exercitio oportuit relaxari hoc
ipm tam ꝟtuoſe agebat vt etiā ꝑ ꝟtutē diſ
cretionis q̄ mater eſt omniū virtutū. ſupre
ma merita reportaret. E Quinto ſol
hʒ in influētia fecunditatē. nihil eñi eſt ſub
ſole qd nō ſolis influētia valeat fecundari.
et ſine eius ꝟtute gignere de ſe fructū. Hic
philo. di. ꝙ hō gñat hoīem ⁊ ſol. ſic btā vir
go fecunditatē tribuit. nec ſine eius auxilio
nullus vnq̄ facere potuit de ſe fructū Hic
bern. Maria velut alterū ſolē induit ſibi. ⁊
quēadmodū ille ſup bonos ⁊ malos indiffe
rēter oriſ tribuēs oībꝫ ſine dīa fecūdari. ſic
ipa beata virgo nō diſcutit merita. ſ; oībꝫ
ſeſe exorabilem omnibus clementiſſimam
prebet. omniūq; deniq; neceſſitates āpliſſi
mo quodam miſeret̄ affectu. Nullus eniʒ
homo vnq̄ proficere potuit nec proficiet in
eternum. niſi qui fecunditatē merendi eſt a

deo per virginẽ cõſecutus. Hinc Bernar. Quicquid eſt illud qđ offerre deo paras. marie ꝯmẽdare memẽto ſi nõ vis ſuſtine re repulſam. quia ſicut deus non niſi per eã ad nos venit. ſic nec nos nec noſtra opa ad deũ veniunt niſi per eã. Dupliciter ergo ꝑ eius auxiliũ ſecundamur. quia ſi quid bo ni facimus per eius auxilium proſperatur. ſcđo per nos opatũ eius manibꝰ dño pñtatur. Eſt ergo ꝯueniẽtiſſima ſimilitudo. vt ſicut ſol pater eſt omniũ naſcentiũ. ſic vir go ſancta mater eſt omniũ credentiũ. Cuꝫ eñi in ea ſint oẽs gratie ⁊ ꝟtutes. quicqđ de eiſdem bonis conſequimur. accipimꝰ vti qꝫ de virgine glorioſa. ꝓpter qđ oẽs electi eius dicũtur filij. quoꝝ omniũ ieſus xp̃us ſicut Luce. ij. primogenitus eſt vocatus.

¶ Sexto ſol habet ad oĩa ꝯmũitatẽ. ſplẽ dorẽ ſuũ bonis ⁊ malis ꝯmunicãs ſpgẽs il lum ad loca feda ⁊ munda. Sic beata vir go cũ ſe creature ꝯmunicat. ſingulis ꝓ ſua capacitate tribuens. qđ inſinuare curauit in canti. dicẽs. Ego flos cãpi q2 ſicut flos cã pi oĩbꝰ exponitur. nulli clauditur. ſic vir go ſancta nulli ſe denegat ſꝫ ꝯmunicat vni uerſis. nec ſolum nulli ſe denegat. ſꝫ quod plus eſt oĩbꝰ ſe offert dicẽs illud Eccle. Venite ad me oẽs qui ꝯcupiſcitis me et a generationibꝰ meis implemini. Hic ber nardus. Maria oĩbꝰ oĩa facta eſt. vt de plenitudine eius accipiãt vniuerſi. captiuꝰ redemptionem. eger curationẽ. triſtis con ſolationẽ. peccator veniã. iuſtus gratiã. an gelus leticiã. deniqꝫ tota trinitas gloriam. filius carnis ſubãm. vt nõ ſit qui ſe abſcon dat a calore eius. Merito ergo ad mariam tanqꝫ ad mediũ reſpiciunt vniuerſi. et qui habitant in celo. et qui ſunt in inferno. et q̃ nos preceſſerũt ⁊ nos qui ſumus ⁊ q̃ nos ſequũtur ⁊ nati natoꝝ ⁊ qui naſcẽtur ab illis. Illi qui ſunt in celo vt reſtaurẽtur. ⁊ q̃ ſunt in inferno vt eripiãtur. et qui p̃ceſſerũt vt ꝓ phete fideles inueniãtur. et qui ſequuntur vt grãm ꝯſequãtur. Merito ergo in te reſpi ciunt oculi totius creature. q2 ꝑ te ⁊ in te et de te benigna manus oĩpotẽtis quicquid creauerat recreauit.

¶ Septio ſol in excellẽtia hꝫ ſingularitatẽ qđ ex interp̃ta tione noĩs declaratur. dr̃ eñ ſol quaſi ſolus lucẽs. eo q2 parem nõ habeat. Sic btã vir go ſola eſt. nõ hñs in celo parẽ nec ſimilem ſup terrã. Hinc berñ. Et ſi aliqui in aliqui bus ꝯmunicẽt virgini. vnũ tñ eſt in q̃ nec primã ſimilẽ viſa eſt nec hře ſequentẽ. ſcili cet gaudiũ matris cuꝫ virginitatis honore. O primã ergo partẽ elegit. in quo ei nõ cõ municat alienus. q2 ⁊ ſi bona eſt fecunditas ꝯiugalis. melior tñ eſt caſtitas virginalis. ꝓrſus aũt optima eſt fecunditas virginal. Q. ſi adijcias. cuius mater eſt? Que iam lingua poterit etiã ſi angelica fuerit dignis laudibꝰ extollere matrẽ. matrẽ nõ cuiuſcũ qꝫ de plebe ſed dei. duplex nouitas. duplex ſtupor ſꝫ digne ꝓrſus aptiſſimeqꝫ ꝯuenirẽs. neqꝫ eñ alius filius virginẽ nec dm̃ decuit alter ptus. Octauo ſol in eclipſi videt̃ hře doloris calamitatẽ. ſic btã virgo in paſſiõe filij eclipticata ẽ ſup oẽs viatores ſufferẽs vim doloris ſicut ex ſimeonis ꝓphetia ei fue rat ꝓphetatũ dicẽtis. Tuã ipſius aĩam ptrã ſibit gladius. qđ exponẽs berñ. di. Vere tu am aĩam doloris gladius in hora paſſiõis filij pertranſiuit vt plus qꝫ martirem te pre dicemus in qua nimirũ corporee ſenſuũ paſ ſionis excelſerit ꝯpaſſionis affectus. An nõ tibi plus qꝫ gladius fuit ſmo ille. reuera ꝑ tranſiens animã ⁊ pertingens vſqꝫ ad diui ſionem anime ⁊ ſpiritus. Mulier ecce filiꝰ tuus. O ꝯmutatõm inequaleꝫ iohãnes ti bi ꝓ ieſu tradit̃. ſuus ꝓ dño. diſcipulus ꝓ mgr̃o. filius zebedei ꝓ filio dei.

¶ Et his ergo ⁊ ſilibꝰ ꝓprietatibꝰ ſolis btã ꝟgo eſt ſolis noĩe appellata. in quẽ ſolem deꝰ ta bernaculum ſuum. i. xp̃m poſuit. qui homo xp̃us bene tabernaculum dr̃. q2 in eo vt ait apoſtolus. plenitudo diuinitatis corporali ter habitabat. Fuit ergo deus in homi ne criſto. criſtus aũt ex homine ⁊ deo in vni tate perſone in Maria habitabat. hic berñ. Iure ſole Maria perhibetur amicta q̃ pro fundiſſimã diuine ſapientie vltra quã cre di poſſit penetrabat abyſſum. vt quantum ſine perſonali vnione creature patitur ꝯdi cio luci illi inacceſſibili videatur immerſa. Ipa enim meruit velut ſummatim cingi ⁊ operiri vndiqꝫ ⁊ circũfundi vndiqꝫ ⁊ tanqꝫ



ipſo diuino igne concludi. Agente hoc in ea ſpũ ſanctiſſimo qui nos apud eum dignet̃ miſericorditer promouere ⁊c̃.

XXXVIII. De eodem ſmo ſcđus.

Dies boni nũcij eſt. ſi tacuerimus ⁊ noluerimꝰ nũ ciare ſcelerie arguemur. iiij. reg. vij. Dicit Berñ. Qđ per gabrielẽ archangelum ma rie diuinitus nunciatur ⁊ per ipꝫ adimple tur. hoc eorũ pauet celum. ſtupet terra. crea tura oĩs etiã celeſtis miratur. In verbis ergo ꝓpoſitis quatuor intelligimus. videli cet huius diei feſtiuitatẽ. feſtiuitatis hiſto ricam veritatẽ. noſtram vtilitatẽ. predica toris ad annũciandaꝫ neceſſitatẽ. Primũ ibi dies. ſcđm ibi nuncij. tercium ibi boni. quartũ ibi ſi tacuerimus ⁊c̃. Primũ autẽ expõne nõ indiget. in manibus enim eſt huꝰ diei feſtiua celebritas. et ideo deuote luden dum eſt. In ſcđo mẽbro videlicet in bono nuncio qđ in hac die marie matri noſtre et per ꝯñs toti mũdo nũciatur. qđ vt ad qualẽ cunqꝫ intelligentiã auditoꝝ mentibꝰ incul care valeamus. neceſſe eſt ſmonẽ iſtũ aliꝰ exordiri. qui ſmo vt gratius acceptetur nõ noſtrũ ſꝫ beati Berñ. ſnſam applicamus. q̃ ſic dicit.

¶ Videre videor mihi primũ hominẽ. quatuor virtutibꝰ in exordio crea tionis ſue amictũ eſſe. que ſunt pax. ꝟitas. miſcđia ⁊ iuſticia. de quibꝰ dicit pš. Miſe ricordia ⁊ veritas obuiauerũt ſibi. iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Eſt eñ in his quatuor ſa lutis integritas. nec ſine his oĩbꝰ põt ſta re ſalus nr̃a. quas dñs accepit de corde ſuo. et primos pntes his veſtiuit. iuxta illud ec cleſiaſt. xvij. Deus ſm ſe veſtiuit hominẽ virtute ⁊ dedit ei poteſtatẽ eoꝝ que ſunt ſu per terram. Primo aũt dedit eis pacem. vt nec intus nec foris eſſet aliquid qđ eos poſ ſet aliq̃liter pturbare vel ad aliquã inquie tudinẽ ꝓuocare. vt nec intus eſſent pugne. nec foris timores. nec caro ꝯcupiſceret aduer ſus ſpm̃. nec ſpũs ꝯtra carnẽ. Poſt hãc gra tiã dedit homini ſcđo veritatẽ cũ inſtrue ret eũ ⁊ docuit quid ei eſſet faciendũ p̃terea cauendum. cũ eis dixit. Ex oĩ ligno para diſi comedetis. De ligno aũt ſciẽtie boni et mali cauete ne comedatis. Tercio dedit eis iuſticiã tñ ꝯminabatur eis penã dicẽs. Quacũqꝫ die comederitis morte moriemini. Tandem exhibuit miſcđiam cuꝫ poſt tranſ greſſionẽ deus motoſe deãbularet in paradi ſo. dans locũ pñie ⁊ occaſionẽ venie interro gando. Adam vbi es? et q2 ſponte hõ dimi ſit pacẽ ⁊ miſcđiam nõ curauit. dñs manꝰ iniquitatibꝰ ⁊ peccatis ⁊ ambo preuarican tes contra mandatũ dñi pomũ vetitũ gu ſtauerũt. ideo relicta pace ſtatim inuenerunt aliã legẽ in mẽbris ſuis repũgnantem legi dei. ideo due virtutes. ſcꝫ pax ⁊ miſcđia re ceſſerunt ab eis ⁊ redierũt in cor dei qui de dit illas. relique duo ſcꝫ iuſticia ⁊ ꝟitas re manẽtes cũ eis ipſos cum oĩ poſteritate ſua ſine miſcđia affligebãt. Hinc eſt q2 dñs plus qꝫ per quinqꝫ milia annoꝝ de hoc pec cato placari nũqꝫ potuit. ſꝫ ad perſuaſionẽ veritatis ⁊ iuſticie totũ mũdũ diluuio pau cis exceptis deleuit. multa ſimiliter milia pro vno murmure proſtrauit. ſeuiẽs et in dignãs homini ſicut leo. His aũt duabus ſcꝫ veritate ⁊ iuſticia hominibꝰ nõ parcẽtibꝰ interim nõ ceſſabat pax nec dabat miſcđia ſilentiũ in corde dei. ſed pio ſuſurrio pater na pulſantes viſcera. deo dulciter ſuggere bant dicentes. Nunquid in eternũ proijci et deus aut non apponet vt complacitior ſit adhuc. nunquid obliuiſcetur miſereri de us aut ꝯtinebit ſꝫ ira ſua miãs ſuas? Et qꝫ tis diu multũqꝫ viſus ſit diſſimulare paſ ſerationũ. vt interiꝫ ſatis faceret zelo iu ſticie ⁊ ꝟitatis. nõ tñ infructuoſa fuit ſuppli cantiũ importunitas ſꝫ exaudita eſt in tpe op portuno. Forte eñ interpellantibꝰ tale dr̃ de diſſe reſum. Vſqꝫ quo preces vr̃e? debitor ſum ⁊ ſororibꝰ vr̃is quas accinctas videtis ad faciendam vindictam in nationibꝰ iuſti cie ⁊ veritatis. vocentur. veniant et ſup hoc verbo pariter conferamus. Feſtinant ergo legati celeſtes. et vt viderunt miſeriam ho minum et crudelem plagam. propheta lo quitur. angeli pacis amare flebant. qui e nim fidelius que ad pacem ſunt querant quam angeli pacis? Sane ex deliberatio ne communi aſcendit veritas ad conſtitutã diem. ſed aſcendit vſqꝫ ad nubes. nec dum

plane lucida ſed obſcura ⁊ obnubilata zelo
indignatōnis. factūq; eſt vt legimus in ꝓ-
phēta. Dñe in celo miſericordia tua ⁊ veri
tas tua vſq; ad nubes. Medius aūt pater
luminū reſidebat. et vtraq; pro pte ſua qḋ
habebat allegabat. et quod vtilius poterat
loquebatur. R Quis putas illi col-
loquio meruit intereſſe ⁊ indicabit nobis?
quis audiuit ⁊ enarrabit? forte ineñarrabi-
lia ſunt ⁊ nō licet homini loqui. Sūma au-
tem controuerſie huius hec fuiſſe videtur.
Eget miſeratōe creatura rationalis ait mi
ſericordia. quoniā miſera facta eſt ⁊ miſera
bilis venit tempus miſerendi eius. q̄ȝ iam
tempus preteriit. Et econtra veritas ait.
Oportet inquit impleri ſmonē quē locut⁹
es dñe. totus moriatur adam necēſſe eſt cū
omnibꝫ qui in eo erāt qua die vetitum po-
mū in preuaricatione guſtauit. Ut quid
ergo ait miſcdia. vt quid me genuiſti citius
periturā. ſcit eñ veritas ipa quoniā miſe
ricordia tua periit ⁊ nulla eſt ſi nō aliquan-
do miſereatis. Similiter aūt ⁊ illa ecōuer
ſo loquebatur. Quis eñ neſciat ꝙ ſi predi
ctam ſibi preuaricator ſniām mortis euaſe-
rit. periit nec permanebit in eternū veritas
tua dñe? Et ecce vnus de cherubin ad regē
Salomonē ſuggerit eſſe mittendum. quo
niam filio datū eſt omne iudicium. In ei⁹
ergo iudicio ⁊ in conſpectu ſuo pdicte ali-
ter miſcdia ⁊ veritas obuiauerūt ſibi. eadē
que ſupra dicta ſunt verba querimonie re-
petentes. Fateor ait veritas zelum bonū ha
ber miſericordia. ſed vtinam ſm ſcientiam
Nunc autē quid preuaricatori plus q̄ȝ ſo-
rori iudicat eſſe parcendum? At tu inquit
miſericordia neutri parcis ſed tanta indig-
natione ſeuis in preuaricatōe vt inuoluas
bona domini ⁊ in hora beneplaciti eius cum
audierit vocem ſpūs inſpirantis ꝯtinuo cō
currant ⁊ cooperanſ ſibi in bonū. in quo cū
fecerit hō hoc qd̕ dēt ⁊ poterit: accedit gr̄a ⁊
contemplationē incipit opari. Scd̕o ḡ di/
cendum eſt de diuine gratie opatione. quā
Aug⁹. deſcribit dicens. Poſtq̄ ad ꝯgruam
preparationē ab homine diligenter inſtan/
tatam ꝑuentum fuerit. tunc in mētis exceſ/
ſum ſſ· hoſtem rapit ⁊ fit ſilentiū in celo qua
ſi dimidia hora: ita vt contemplantis ani/
mus nulla alternantiū cogitationū tumul/
tuatione turbetur: nihil omnio inueniens
qd̕ vel per deſideriū petat vel per faſtidium
arguat: vel per odiū accuſat: ſed infra ꝯtem
plationis tranquillitatem totus colligitur
⁊ intromittitur in quendā affectū multū in
uſitatum introrſum. ad neſcio quā dulcedi
nem: que ſi ſemper ſic ſentiretur: ꝑfecto ma
gna felicitas eſſet· nihil ſenſualitas. nihil a/
git imaginatio: ſed omnis inferior vis anie
ꝓprio interim viduatur officio· purior autē



anime pars ⁊ ſuperior vis eius in id intime
quietis ſecretum: ⁊ ſumme trāquillitatis ar
chanum felici iocunditate introduciſ. Vi/
uus eſt eñ ⁊ efficax ſermo dei ⁊ ꝑtingens vſ
q̄ ad diuiſionē anime ⁊ ſpūs: ⁊ ideo nihil
in creaturis hac diuiſione mirabilius cerni
tur: vbi aliquid qd̕ eſſentialiter vnū eſt atq̄
indiuiduū in ſeipm ſcinditur: ⁊ qd̕ ſimplex
in ſe ⁊ ſine partib⁹ conſtat: quaſi quadā par
titione diuiditur: vt qd̕ corpulentum ⁊ fecu
lentum eſt deorſum remanet: ⁊ qd̕ ſpiritua/
le ⁊ ſubtile eſt vſq̄ ad ſpeculationē diuine
glorie ſublimatur: ⁊ in eandem imaginem
transformatur· pars inferior cōponiſ ad ſū/
mam pacem ⁊ tranquillitatē: pars vero ſu/
perior ſublimatur ad gloriā ⁊ iocunditatem
Scd̕o poſt hanc contemplationē ſequiſ de/
uote anime āmiratio: qd̕ ſic cōtingit. Cum
enim anima ab hac contemplatione ſibiipi
remittitur: rediens ſic ad ſeipam de ꝑguſta
tis gratijs: ſaporem quendā in ſe retinet per
quē reaccenſam memoriā ſuauitatis ꝓmiſ/
ſe incipit eructuare volēs redire in ipm: ſed
nō preualens recidit iterū in ſeipam inqui/
rens intimiſſimis cogitationum medullis
quid in contemplatione rapta viderit· quid
guſtauerit· quid ſenſerit· quod licȝ nequaq̄
meminiſſe valeat vt factum fuerat· aliquaſ
tamen ſcintillulas ⁊ primicias licet a longe
cogitat: per quas iterum reaccenſa ⁊ qd̕am
modo inebriata in ſtuporem ⁊ āmirationē
vehementiſſimam trahitur: cogitans quid
deus ſit in ſe ⁊ in nuda veritate quid habe/
at: quid in hac vita peregrinationis velatuſ
vtpote in ſpeculo ⁊ in enigmate tam ſupra
modum maxima ⁊ q̄ exuperant omnem ſen
ſum electis ſuis ⁊ dilectis tribuit· in quam
āmirationē quāto profundi⁹ immerſa fue/
rit tanto deus ampli⁹ exaltatur· iuxta illud
ps· Accedet homo ad cor altum ⁊ exaltabiſ
deus. Et quia nullā deuotione exhaurire po
terit āmirationem: conuertit ſe ad laudatio
nem. Tertium ergo exercitiū hominū deuo
torū ad deū habendū eſt ipa laudatio: lau/
dantes ipm ſup omnib⁹ mirabilib⁹ ſuis in
timo cū affectu: nec ſimpliciter laudant ſed
laudando deū magnificant. Ad quod horta
mur Eccle·xliij· Glorificantes deū q̄ntum/

cunq̄ potueritis ⁊ ſuperualebit adhuc· bene/
dicentes dn̄m exaltate illū q̄ntum poteſtis·
maior eñ eſt omni laude. Quis eñ magni
ficabit eū ſicut eſt ab initio: multa ſunt ab/
ſcondita pauca videmus opa eius. Maio/
rem aūt laudē quā deo poſſumus exhibere
deſcribit nobis Gre· dicens. Ille deum ſm
multitudinē magnitudinis maxime laudat
qui ſe ſuccumbere in eius laudis expletione
ꝯſiderat. Tunc eñ facundius laudes dei lo
quimur: cū ab his obſtupeſcendo obmute/
ſcimus: quia ad narranda magnalia dei de
fectus noſter hoc nō ſupperat: q̄ ſufficiēter
etiam exarat linguā ſuā: vt qui comprehen/
dere nō valet hec ydonee mutus laudet· di/
uina ergo opera que explere laudando non
poſſumus: facūdius deficiēdo laudam⁹ ⁊c̄.

XLIX· Sermo de eodem.

# Nter natos mu

lierum nō ſurrexit maior iohanne
bapti· Luce·vij· Beatus bern. hoc verbū ex/
ponens ⁊ exponēdo magnificans dicit. In
hoc verbo infertur qd̕ terra excedit· celū tran
ſit: ipmq̄ verticem angelice dignitatis at/
tingit. Nec opponas mihi iohannē euange
liſtam licet inter ceteros magis dilectū· nec
principem apoſtolorū petrū omnib⁹ apoſto/
lis antelatum: nec vas electionis ad tercij
celi ſecreta tranſlatum: nec apoſtolic⁹ ſplen/
dor occurrere audeat precurſori: quia iā oēs
iſti adoleſcentie metas exceſſerant: cum ei a
veritate prolatū eſt inter natos mulierū ⁊c̄
Z Expeditis ergo p̄miſſis trib⁹ nomini/
bus huius principis glorioſi ſcȝ iohannes
vox angelus· in quibuſ ſūme ꝑfectionis cul/
men cognoſcitur attigiſſe· nunc ad ꝯcluſio/
nem cōmendationis induciſ verbū ꝓpoſitū
ac ſi dicatur. Quis in noīe iohannis ꝑ gra
tiam preuenientē· in noīe vocis ꝑ grām pro
mouentē· in noīe angeli ꝑ grām ꝯſummman
tem· glorioſus iſte princeps eſt mirifice ſub
limatus· ergo ex his omnib⁹ tanq̄ ex premiſ
ſis veritas concludit. qꝛ inter natos mulieꝝ
⁊c̄. In q̄b⁹ verbis duo intelligim⁹. Primo
eñ ponit exceptionē· ſcd̕o iohānis ꝯmenda
tionē· primū ibi· inter natos mulieꝝ· ſcd̕um
ibi· non ſurrexit maior. Primū adhuc diui/

dicitur in duo. primo enim excipit mariam.
ſcdo ieſum xp̄m filiū eiꝰ. primū ibi. inter na
tos. ſcdm ibi mlierū. In eo eī ꝙ dicit natos
in maſculino genere excipit feminā benedi-
ctam. ſed in eo ꝙ dicit mulierū excipit ieſuꝫ
xp̄m: qui nō de muliere corrupta ſuſcepto ſe
mine ſed de virgine ⁊ ſpū ſancti germine eſt
diuinitus generatꝰ. Sequit̄ ſcdm principa
le ſcꝫ nō ſur. ma. io. ba. in quo verbo nomē
maioritatis non ab hac vel illa virtute: ſed
omniū virtutū pleniſſima pfectione ſubli-
miter cōmēdatur. Singuli eñ ſancti in ple-
riſqꝫ locis ſacre ſcripture a ſingulis virtuti-
bus commendantur. teſtante gre. qui dicit.
Quid deuotius petro. quid carius iohāne.
quid ſapientius paulo. quid dulcius andre
a ⁊c. Hic aūt ſanctus a pfectione omnium
collaudatur. in alijs eñ ſanctis nobis ꝓpo-
nitur quō ad regnū celorū veniamꝰ. in iſto
aūt magno ⁊ gl'oſo principe: in eo ꝙ maior
alijs dicit̄: cōmonemur. inſtruimur ⁊ hor-
tamur ꝙ ad hoc nobis laborandum ⁊ effica
citer inſtandū ſit: quō magni ſancti qui per
vite meritū: ⁊ ī celo ꝑ magni premij cumu-
lum fieri valeamus. Quibꝫ autē exercitijs
magni ſancti fieri poſſimus: ex hoc noīe ma
gnum nos elicere oportet. Propter qđ ſciē-
dum ꝙ eſt triplex magnitudo a qua deno-
minatiue hoīes dicunt̄ magni: ſcꝫ corpalis
moralis ⁊ ſpūalis. Primo dico aliqđ ma-
gnum dicit̄ corpaliter: eo ꝙ maiori mole cor
poris eſt diſtentū. ſic ouum maius eſt faba.
mons maior ouo. hac magnitudine hō ma
ior eſt altero homine. Ab hac magnitudine
nullus ſanctus cōmendat̄. q2 frequēter hec
magnitudo impedit in hoībus ſanctitatem
corpus eñ mole carnis diſtentū grauedine
ſua impedit ſpiritū: ne ſua alacritate percur
rat ſicut deſiderat viam dei. ⁊ hoc eſt qđ di-
citur Sap. ix. Corpus qđ corrumpitur ag-
grauat animaꝫ ⁊ terrena inhabitatio depri-
mit ſenſum multa cogitantē. magis aūt cor
pus preualet ſi delicate nutritur. q2 tunc vt
ait bern. Erūt duo contra vnū ſcꝫ corpꝰ ⁊ ſuū
nutrimentum contra ſpūm ⁊ periclitat̄ con
ſcientia. Scđa magnitudo dicitur moralis
quo more hominū illos dicimus magnos.
qui magna poteſtate. dignitate. nobilitate.

diuitijs ditati. honoribus ſublimati. obſe-
quijs ſtipati. ſunt p̄ ceteris hoībus exaltati
ſicut de iob dicit̄. Erat vir ille magnꝰ inter
omnes orientales. ⁊ de dauid. ij. Re. vij. Fe
ci tibi nomen grande: iuxta nomē magnoꝝ
qui ſunt in terra. item. i. paralip. xxix. Ma-
gnificauit dñs ſalomonē. Hec magnitudo
nō ſolū a ſalute impedit ſed ſaluti cōtraria
eſt vt frequenter: vt patuit in ſalomne. de ꝗ
legitur ꝙ ex diuitijs ⁊ delicijs deprauatuꝫ ē
cor eius. Tertio magnitudo dicit̄ ſpiritua-
lis que a ſimilitudine predictaꝝ duaꝝ ſpū-
aliter intellectarū accipit̄: vt magnum dica
mus qui magnū habet ſpūm. Itē magnuꝫ
dicimus qui magnas habet diuitias ſpūa-
les. ſic iohānes inter natos mulierum. di-
ctus eſt: nō a maioritate corpis nec a maiori
bus diuitijs: ſed a maiori ſpū ⁊ virtute.
A Ad hanc tertiā magnitudinē quā ſpū-
alem dicimus ꝓſequendā. ſciendū ꝙ vt di-
cit Augꝰ. Corpus dicimꝰ naturā quālibet:
longitudine. latitudine vl' altitudine. i. pro
fundo. ſpaciū loci occupanteꝫ: que trina di-
menſio quātō diſtenſior ⁊ diffuſior in corpo
re fuerit: tanto corpus dicit̄ eſſe maius. Ab
hac eñ corporali dimenſione ꝑ quā corpus
magnū efficitur: accipiamꝰ ſpūaleꝫ magni
tudinem: vt hoīem aliquē ſm ſpeciem dica
mus magnū. qui p̄dictas dimenſiones ha-
bet in ſpū ſpūaliter intellectas. Qui g̊ ma-
gnus effici deſiderat in ſpiritu has tres di-
menſiones habeat: ſcꝫ longitudinē latitudi
nem ⁊ altitudinem ſpūalem. Sed diceret
aliquis. quō tu ſpiritui has tres dimenſio-
nes tribuis cū ſpiritus nō recipiat q̄ntitatē
Ad qđ reſpondet bern. dicens. Oportet ani
mam creſcere ⁊ dilatari: vt ſit capax dei. naꝫ
⁊ ſi aīa cū ſit ſpūs minime q̄ntitateꝫ corpo
ream recipit: tamen confert ei gratia qđ nega-
tum eſt a natura. Creſcit ergo ⁊ extenditur:
ſed ſpūaliter. ille g̊ homo veraciter magnus
dicitur qui longitudinē longanimitatis. la
titudinem caritatis ⁊ altitudinē. i. ꝓfundū
hūilitatis in ſpū ſpūaliter poſſidet corā deo
Hec tria ꝓſequēter p ordinē primo dicimꝰ
ꝙ hec longitudo conſiſtit in tribꝫ: ſcꝫ in matu
ra inchoatione. ꝑſeueranti continuatione. au-
gmentata deuotiōe. Primo dico longa vi-



ta conſiſtit in matura inchoatione. vt quis
mature incipiat ſuire deo. ſic eñ dicit̄ Tre.
Bonū eſt viro ſi portauerit iugū ab adole-
ſcentia ſua. Item Eccle. xij. Memento crea
toris tui in diebꝫ iuuētutis tue ⁊c. Hanc ꝑ-
tem longitudinis habuit iohānes de ꝗ etiā
cantat eccleſia. Antra deſerti teneris ſub an-
nis ⁊c. Scđo hec longitudo conſiſtit in perſe
ueranti continuatione. q2 q̄ntumcūqꝫ mature
quis incipiat: ſi vſqꝫ in finē non perſeuerat:
nō longam facit vitā ſuā. q2 vbi deſiſtimus
ibi deficit longitudo. hinc veritas Mathei.
xxiiij. Qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſal-
uus erit. Tertiū hanc longitudinē pficiens
eſt augmētata deuotio: vt de die in diē lon-
gitudo noſtre vite in deuotiōe augeatur. qđ
merito fieri debet: q2 vnūqđqꝫ bonū opꝰ ha
bet ſemen boni opis in ſemetipō: ſi tñ ipſuꝫ
bonū opus ita viuaciter ⁊ efficaciter facimꝰ
vt debemus. Si aūt negligenter ip̄a opera
noſtra facimus. hñt iterū ſemen negligētie
in ſeip̄is: has negligentias continuātes quo-
uſqꝫ oīa deficiant opa noſtra. vt qui prius
negligenter opa fecimus: tandem nihil pe-
nitus faciamꝰ. Si aūt primū opus viuaci-
ter facimus. ſcdm plus viuaciter faciamus
q2 primū habuit ſemen viuacis opis in ſe-
quēti. vt ſicut ſemē generat plantā ſic plan
ta generat rurſum ſemen: ⁊ ſi ſic ſucceſſiua
viciſſitudine continue ꝑſeuerant (naꝫ gen.
i. dicit̄. Unūquodqꝫ habet ſementē ſui ge-
neris in ſeip̄o) fit ſemꝑ poſterius opꝰ ex ſe-
mine prioris opis efficacius ⁊ virtuoſiꝰ pri
ore. hinc Bern. Primū aliquid importabi
le videtur ꝓceſſu temporis ſi aſueſcas: non
adeo graue videtur: paulopoſt nec ſentias.
paulopoſt etiā delectabit. ⁊ ſubiungit. Sic
etiam ꝑ contrariū itur in duriciam cordis.
Hanc augmentandā deuotionē pulcre pre
figuratam legimꝰ Exo. xix. Sonitus bucci
ne paulatim creſcebat in maius ⁊ prolixius
tendebatur. De hac longitudine hortamur
Eſa. liiij. vbi dicit̄. Longos fac funiculos tu
os ⁊ clauos tuos conſolida. Et nota ꝙ hec lō-
gitudo extendi debet in eternū. ita videlicet
ꝙ actualis longitudo vſqꝫ ad finē vite ſtrē-
nue ꝑſeueret. voluntaria vero ſiue affectua
lis longitudo in eternū ſe extendat: vt ſi ho

mo in eternum deberet viuere in eternū vel
let ei ſeruire. B Scdm ꝙ hominē ſpi
ritualiter facit magnū eſt latitudo caritatis
conuenienter aūt ꝑ latitudinē caritas deſi-
gnatur ꝓpter tria: ſcꝫ ꝓpter continentiam mā-
datorum. ſufficiētiaꝫ debitoꝝ. opulentiā ho
norum. Primo dico conuenienter caritas ꝑ
latitudinem deſignatur ꝓpter cōtinentiam
mandatorū. Ip̄a enim caritas continet in ſe
omnia que a dño ſunt mandata. hinc Apꝰ.
Ro. xiij. Plenitudo legis eſt caritas: legeꝫ
continens ⁊ ꝓphetas. nam nō adulterabis.
non occides. non furaberis: ⁊ ſi quod eſt ali
ud mandatū in hoc ſolo verbo inſtaurabitur
diliges proximū tuū ſicut teip̄m. hinc Au-
gꝰ. Si non vacat omnes paginas ꝑſcruta-
ri: ⁊ omnia volumina ſmonū euoluere. oīa
ſcripturarū ſecreta penetrare. tene caritateꝫ
in qua continentur omnia. quia vt nemo ex-
cuſationē habeat voluit deus conſummare
⁊ abbreuiare verbū ſuper terram. voluit ⁊ il
lud denudare: vt dum eſſet breue facile ſci-
rent omnes: ⁊ dum eſſet nudū ⁊ apertuꝫ ne
mo ſe poſſet de ignorātia excuſare. hic bern.
Quicquid diuina lege inducitur: ad ſoluꝫ
amorē dei ⁊ proximi induci̇t. Scđo conue-
nienter per latitudinem caritas deſignatur
ꝓpter ſufficientiaꝫ debitorū. Omnia enim
que deo tenemur ⁊ hoībus ꝑ ſolā caritatem
ſoluimus ſufficienter. vñ cum ꝓ pctīs nrīs
teneamur ſatiſfactionē: ꝓmiſſis ſolutioneꝫ
dei bñficijs graꝝ actionē. ꝓximis ſubuētio
nē. his oībꝫ pſoluere poſſumꝰ ꝑ ſolā dei ⁊ ꝓ
ximi caritatem. hinc bern. Solus amor eſt
quē a nobis exigit deꝰ. Cū aūt bñficijs nos
obruit: aut flagellis corripit: aut conſilijs in-
ſtruit. vl' mādatis aſtringit: ſolue tributum
amoris ⁊ deo noueris ſatiſfactū. Nā ꝓ oībꝫ
q̄ tenemur deo ⁊ vñcūqꝫ debitores ſumꝰ ni-
hil ꝓ redemptiōe accipiet q̄ꝫ amorē. Sꝫ di.
aliquis. Quid ergo nobis ꝓdeſt tāta ī nr̄o
victu parcitas. in habitu vilitas. in regula
ac diſciplina auſteritas. Accipe paucis hic
caritatis obſequia placentia ⁊ placantia. ſi
tñ in caritate fiāt. ac vero ſine caritate nihil
proſunt. Tertio recte ꝑ latitudinem caritas
accipitur ꝓpter opulentiam bonorū: ip̄a eñ
omnia bona in ſe cōtinet: adeo vt quicquid

ſit extra illam rõnem boni perdit. vnde Au⸗
guſti. Sicut deus eſt ſummũ bonũ ſimplex
⁊ ꝑfectiſſimũ omnia in ſe continẽs: ſic cari⸗
tas ſumma virtus eſt in ſe continens omne
bonum. Hec eſt enĩ virtus in qua nec opus
minimũ deſpicitur: ⁊ ſine qua nec opus ma
ximũ acceptatur: nõ predicatio etiã ſi liguis
hominũ ⁊ angelorũ aliquis loquatur: nec fi
des etiã ſi montes transferat: nec martiriũ
etiam ſi tradatur corpus vt ardeat. Tertiũ
ꝑ quod magni efficimur cõſiſtit in ꝓfundo
humilitatis: vt ꝑ hoc adiectiuũ ꝓfundũ ſpe
cificetur q̃dam humilitas que a cõmuni et
populari humilitate ſit penit⁹ aliena. Sed
aſſimiletur illi hũilitati q̃ntum poſſibile eſt
que de alto celoꝝ deum ꝓfundauit: nõ ſolũ
ad hominẽ aſſumendũ: ſed ad obprobrium
⁊ abiectionẽ hominũ induendum vt a ſum
mo celi vbi decor eſt omniũ angelorũ. egreſ
ſus in tanta ſe humilitate ꝓfundauit vt di⸗
ceret. Ego ſum vermis ⁊ non homo: obpro
brium hominũ ⁊ abiectio plebis. Sed an⸗
teq̃ ad ꝓfundum hũilitatis veniamus: ne⸗
ceſſe ẽ vt aliq̃d ad ei⁹ intelligẽtiã ꝓloq̃mur
Propter q̃d ſciendũ ꝙ nihil poteſt dici ꝓ⸗
fundum niſi ad aliquod altũ fuerit compa⸗
ratum. ⁊ ideo etiam vnũ ſepe pro altero po⸗
nitur. ſicut dicit̃ altum mare. ⁊ ps. Accedat
homo ad cor altum id eſt ꝓfundum. Quic⸗
quid enĩ profundum eſt ⁊ dicit̃ a profundo
habet ſurſum menſurando aliquã altitudi⸗
nem. Sic illa hũilitas profunda dicit̃ que
in alta vita eſt fundata. Unde peccator cui⁹
tota vita eſt in peccatis ⁊ vicijs profundata
⁊ in imo proſtrata: etiã ſi humilitatẽ habe⸗
re videretur: non tamẽ poteſt dici ꝓfunda.
eo ꝙ vita eius poſita eſt in ymo. Opor⸗
tet enim ꝓfundũ habere aliquã comparõez
ad altum in cuius comparatione humilitatiſ
profunditas cognoſcatur. Unde ſi vite no⸗
ſtre inſerere volumus ꝓfundum humilita⸗
tis. oportet nos primũ plantare in nobis vi
tam magnã. ita vt ⁊ magna vita ⁊ hũilitas
ſimul in vita hominis ꝯiungãtur. que duo
habere monemur Eccleſi. iij. Quanto ma⸗
gnus es humilia te in omnibꝰ: ⁊ coram deo
inuenies gratiã. de quibꝰ duobꝰ dicit Gre⸗
gorius. Magnus eſſe vnuſquiſq̃ ſtudeat:

ſed tñ magnum aliquo modo ſe eſſe neſciat
ne dum ſibi magnitudinẽ arrogãter tribu⸗
at. hanc inaniter dimittat: ſed quelibet aſſint
bona opa: nulla ſunt niſi ex humilitate con
diantur. In cunctis ergo q̃ agitis radicem
boni opis humilitatẽ videlicet retinere. Ut
ergo noſtra humilitas ſit ꝓfunda tribꝰ gra⸗
dibus ꝓfundetur: vt videlicꝫ habeat̃ in ope
ratione. locutione ⁊ cordis ꝓfundatione Et
quia ſermo in longũ ductus eſt horũ trium
membrorũ executionẽ in alijs ſermonibus
predicator poterit inuenire ⁊c̃.

L. Sermo de ſancto petro ⁊ paulo.

Rincipes populo
rum congregati ſunt cum deo a⸗
braaz. pſal. xlvi. ℭ Dicit Gregorius
Ad oſtendendam innocentiã venit abel. ad
inſinuandam mundiciã enoch. ad docendã
longanimitatem opis venit noe. ad manife
ſtandam obedientiã venit abraam. ad de⸗
monſtrandum ꝯiugalis vite teſtimonium
venit yſaac. ad declarandã laboris tolerãti
am venit iacob. ad reddẽdã pro malo retri⸗
butionis gratiã venit ioſeph. ad oſtenden⸗
dam manſuetudinẽ venit moyſes. ad oſten
dam inter flagella patientiaꝫ venit iob. q̃d
totum ideo factum dicimus vt in ſingulis
videremus q̃uid eſſet in quolibet imitandũ
vt quãcunq̃ virtutem ſibi quis habilioreꝫ
cognoſceret eidem ſe pre ceteris applicaret.
In his autẽ glorioſis principibꝰ nec hec vel
illa virtus ꝓponitur imitanda: ſed ſub noĩe
principum ad ꝑfectionẽ vite ſpũalis ꝓuo⸗
camur. In verbis ergo ꝓpoſitis tria poſ⸗
ſumus intelligere. Primo enim cõmendã⸗
tur iſti principes a ſpiritalis vite perfectiõe.
ſcd̃o a celeſtis regni aſſecutione. tertio mo⸗
nemur de noſtre ſpei ⁊ fiducie erectione. pri⸗
mũ ibi. principes populorũ. ſcd̃m ibi. ꝯgre⸗
gati ſunt. tertiũ ibi. cũ deo abraam. Cũ enĩ
abraam interp̃tet̃ pr̃ multarũ gentiũ. ſpera⸗
mus ꝙ nos ad eundem prẽm aliq̃n colligi
debeam⁹. Dicit aũt hem. ꝙ in pleriſq̃ locis
ſacre ſcripture de ſpiritualibus per corpora⸗
lia informamur: ideo quomodo per iſtos
principes prouocati eorum veſtigia ſaltem
tenuiter ſequi debeamus: vt ad qualẽcunq̃



ꝑfectiunculã veniamus: in his que princi⸗
pibus adiacent: ⁊ que more ſecularium prin⸗
cipatũ ꝯſtituunt eſt videndũ. Habent enĩ
principes ſeculares. qui vere principes ſunt
ſublimem gl̃iam. diuitiarũ opulentiã. fortẽ
potentiã. claram proſapiã. hec quattuor con
ſtituunt principatũ ſecularẽ que etiã ſpũali
ter intellecta ſpũalem ꝯſtituũt principatuꝫ
Cupientes ḡ hos glorioſos principes imita
ri. primo gloriã non que mũdi eſt ſed q̃ vere
eſt gloria acquiram⁹: quã triplicem inueni⸗
mus in ſcriptura. Cõſiſtit enĩ hec beata glo⸗
ria in dei cognitione. dei imitatione cõſcien
tie atteſtatiõe. ⁊ qui in his gloriari potuerit
non erit inſipiens. Sumus enĩ naturaliter
honoris ſiue glorie cupidi: q̃d cognoſcens
apl̃us dixit. Qui gloriatur in dño gloriet̃.
ac ſi dicat. Cum ex naturali cupiditate glo⸗
rie homines cõpeſci nõ poſſunt quin gloriã
deſiderent. vniuerſi deſideremus gloriã: nõ
illam que ex hominibꝰ eſt: ſed illã que vera⸗
citer eſt ex deo. Prima ergo gl̃a conſiſtit in
dei cognitiõe: quẽ q̃nto verius cognoſcim⁹
tanto glorioſiores erimus apud deũ. Hinc
Jere. dicit̃. Non gloriet̃ ſapiens in ſapien⸗
tia ſua. nec fortis in fortitudine ſua. nec di⸗
ues in diuitijs ſuis. ſed in hoc gloriet̃ q̃ glo⸗
riatur ſcire ⁊ noſſe me. q: ego ſum dñs qui
facio miſericordiaꝫ ⁊ iudiciũ in terra. hec enĩ
mihi placent ait dñs. Cur autẽ dñs in ſua
cognitione nos iubeat gloriari: cauſa datur
Sap̃. xvi. vbi dicit̃. Noſſe te ꝯſummata iu
ſticia eſt: ⁊ ſcire virtutẽ ⁊ iuſticiã tuaꝫ radix
immortalitatis eſt. Qui enĩ hanc gloriam
habuerit in omni loco in omni tp̃e malũ re
fugit. bonũ non negligit. virtutes diligit ſci
ens oculis domini ſm̃ apl̃m cı̃a nuda eſſe
⁊ aperta. hinc boecius. Magna nobis indi⸗
cta eſt neceſſitas ꝓbitatis: cũ ante ocl̃os agi
mus cuncta cernẽtis. Nec bonũ negligim⁹
q: ſi vere deũ cognoſcimus ſcimus eũ malo
rum punitorẽ. bonorũ remuneratorẽ. virtu⸗
tum amatorem: ⁊ ideo circũſpecti erim⁹ ni⸗
hil omnino de contingentibꝰ obmittentes.
Scd̃a gloria conſiſtit in dei imitatiõe vt ſe
quamur veſtigia: nõ declinãtes ad dextraꝫ
nec ſiniſtram. ad hoc enĩ venit deus in carnẽ
vt in ſeip̃o oſtenderet ꝑ quã viã poſſent ho⸗

mines ad celi gaudia ꝑuenire. ad q̃d horta⸗
tur nos apl̃us Ephe. v. dicens. Eſtote imi⸗
tatores dei ſicut filij cariſſimi. item de vtro⸗
q̃ xiij. Dñm deũ veſtrũ ſequimini. Iteꝫ il⸗
lud. iiij. Re. dicit nobis deus. Sequimini
me oſtendam vobis virũ quem queritis. vo
cans virũ deum ſm̃ deitatem. de quo dicit̃
Zach. vi. Ego vir oriens nomẽ meũ. Iteꝫ
Jere. iij. Ego vir veſter aſſumaꝫ vos. Sed
diceret aliquis illud Eccle. ij. Quis eſt ho⸗
mo vt ſequi poſſit rectorem ſuũ. q̃d nequa⸗
q̃ fieri poteſt in equali imitatione: ſed in q̃⸗
licũq̃ aſſimilatione. ℭ Sunt ḡ tria
in quibꝰ ip̃m tenemur ꝓ noſtris viribꝰ imi
tari ſcꝫ in humili conuerſatione. dura ⁊ aſpe
ra paſſione totali ſuiip̃ius exinanitiõe. De
primo monet nos Math. xi. Diſcite a me
quia mitis ſum ⁊ hũilis corde. Item Luce
xxij. Qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor
⁊ qui preceſſor eſt ſicut miniſtrator. ⁊ ſequit̃
Nam quis maior eſt: qui recumbit an qui
miniſtrat. nõne qui recũbit? Ego aũt in me
dio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat. hinc gre.
In ſublimi poſiti ſunt hũiles qui vnd̃ ſe in
omnibus deſpiciũt inde contra omnia ſecu
riores fiunt. Hanc humilẽ conuerſationeꝫ
deſcribit nobis Bern. dicẽs. Cõuerſare ſim
pliciter inter fratres deuotus deo. ſubditus
magiſtro. ſenioribꝰ obediens. minoribꝰ con⸗
temptans. angelis placens. verbo vtilis. cor⸗
de humilis. manſuetus ad om̃es. Secũdo
imitemur deum dura ⁊ aſpera paſſiõe. Ad
hoc enim venit vt merendi materiam nobiſ
oſtenderet in ſeip̃o. Sic enim dicit Petrus
Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relin⸗
quens exemplum ⁊c̃. Propter q̃d dixit apo
ſtolis ⁊ nobis in illis Luce. xxij. Ego di⸗
ſpono vobis ſicut mihi diſpoſuit pater me⁹
regnũ. ac ſi dicat. Sicut ego in mundum ve
niens nõ niſi ꝑ tribulatiões redeo. ſic ⁊ vo⸗
bis diſpoſui vt nõ niſi ꝑ tribulatiões ſequa
mini me ad regnum. quia ſicut in actibus
ix. dicitur. Per multas tribulationes opor
tet nos introire in regnum dei. Nam vt
ait Apoſtolus. Omnes qui volunt pie vi⸗
uere neceſſe eſt vt perſecutionẽ patiãtur. vñ
Aug⁹. Nequaq̃ ad regnum celorũ ſe ꝑtine
re iudicet: qui hic in area triture non tundit̃

tribulatiōe·nec membra xp̄i ſe indicent·qui
caput ſuum ſpinis coronatū in paſſionibuſ
non ſequūtur. Tertio imitemur xp̄m domi/
num totali noſtra exinanitione: vt ſicut ſe/
ip̄m pro nobis exinaniuit formam ſerui ac/
cipiens·ſic ⁊ nos ei in hoc viciſſitudinem re
pendamus·qđ tunc veraciter agimus ſi in
omnibꝫ que facimus ⁊ patimur: non nobis
nec pro nobis aliquid ſed ꝓpter eū qui oīa
ꝓpter nos fecit: ⁊ nos ſimiliter faciamus.
Quod facere monemur in p̄s· vbi dicitur.
Exinanite exinanite vſq; ad fundamentū
in ea. ac ſi dicat. Exinanite in actionibꝫ ⁊ ex
inanite in paſſionibꝫ vſq; ad fundamentū
intimatū affectionū: vt non ꝓpter vos ſed ꝓ
pter deum oīa faciatis. Hinc iterum p̄s·
Factus ſum tanq̄ vas perditum obliuioni
datus ſum tanq̄ mortuus a corde. qđ tunc
totum veraciter contingit quando in omni
bus que agimus ⁊ patimur noſ ip̄os peni/
tus ignoramus. hinc p̄s· Non nobis domi/
ne non nobis: ſed nomini tuo da gloriam·
Hinc Ap̄s·i·Corin·x·Siue manducatis ſi
ue bibitis vel aliud quid facitis: oīa in glo/
riam dei facite· hec eſt vera gloria de qua me
rito poſſumus gloriari ſi tamē in dn̄o glori
emur· quādo omnia facimus ꝓpter que do/
minus venit in mundū: ⁊ quantū in nobis
eſt facimus omnia ea que dn̄s diſpenſando
fecit ⁊ protulit in hoc mundo. De hac glīa di
citur Eccle·xxiij·Gloria magna ē ſequi do/
minū. Tertia gloria ſpiritualibus principi
bus neceſſaria eſt teſtimoniū bone conſcien
tie. vt ſcientia crebrius requiſita nihil ſibi cō/
ſcia ſit dicens cū apoſtolo· nihil mihi cōſci/
us ſum: qđ non ſit ꝯfeſſione inundatū ſatiſ
factione emendatū. de hac gloria dicit apo/
ſtolus. Gloria noſtra eſt teſtimoniū conſci
entie. Scđm ſecularibꝫ principibꝫ neceſſa/
rium conſiſtit in diuitiarū opulentia qua ſi
caruerint multū eorū dignitatibus erogat·
ſic ſpiritales principes indigēt neceſſario di
uitijs meritorum De his require prima do
minica poſt pentēc· Homo quidā erat ⁊c.
E Tertia dignitas ſecularis principatus
conſiſtit in forti potentia· quam ſi ſpiritualſ
princepſ conſequi deſiderat in triplici ſe debēt
potentia exercere. Primo vt potentiā habe/
at ſuper ſeip̄m· ſcđo ſuper omnē creaturam
tertio vt potentiam habeat apud deū. Pri/
mo dico volens potens fieri omni deuotiōe
ſtudeat vt potenter ſibiip̄i nouerit domina
ri omne malū interius ⁊ exterius a ſe poten
ter repellens ⁊ ad omne bonū ſuis viribus
poſſibile viriliter ſe impellens· qđ ſi quid ic
repſerit potenter in ſe puniat· vel deū puni/
entem humilis ſuſtineat· quod totū in no/
ſtra poſitū eſt poteſtate. De prima potentia
dicit Geñ· Sub te eſt appetitus tuus et tu
dominaberis illius· quod exponens bern· di
cit. In nobis eſt ſi vinci volumus: ⁊ nemo
noſtrum in hoc certamine deijcietur inuitus.
Poteſt enim inimicus excitare temptatio/
nis motum: ſed in nobis eſt ſi voluerimus
dare ꝯſenſū. Hinc prouer·xvi· dicit. Meli/
or eſt patiens viro forti ⁊ qui dn̄atur animo
ſuo expugnatore vrbium. Quod exponens
Bern· dicit. Minor eſt victoria vrbes expu/
gnare: quia extra ſunt que vincuntur· maius
autem eſt qđ per patientiā vincitur· quia ipſe
a ſemetip̄o animus ſuperatur: ⁊ ſemetip̄m ſi
bimetip̄i ſubijcit. De noſtro etiam ſenſu ſic
exponimus· quia expugnator vrbium has ex/
pugnat adiutorio alieno· vincēs aūt ſemet/
ip̄m ex ꝓprijs viribꝫ illud facit. De hac po/
tentia monet nos Bern· dicēs. Habeat ho/
mo ſenſus ſuos exteriores nō duces ſed ſer/
uientes· interiores vero ſobrios ⁊ efficaces·
habeat omnino domū ⁊ familiam cogitatio
num ſuarū ſic ordinatam: vt dicat huic ve/
ni ⁊ veniat: ⁊ alteri vade ⁊ vadat· ſeruo ſuo
fac hoc ⁊ abſq; ꝯtradictione facit. Scđa po/
tentia eſt de omnibꝫ rebus huius mundi·
ſuper que tunc potentes erimus cū omnibꝫ
eis eo modo vtimur quo dn̄s has creauit.
Propter qđ ſciendū ꝙ deus alia creauit ad
noſtrū exercitiū· alia ad nr̄m obſequiū· alia
vero ad meliorū iudiciū. Prima dicunſ ma
la. ſcđa bona· tertia mala ⁊ bona· ſm̄ ꝙ eiſdē
bene vtimur ſiue male. Primum dico deuſ
creauit quedam ad noſtrū exercitium q̄ di/
cimus eſſe mala· quia ad vindictā ⁊ correctiōem
peccatoꝝ ſunt creata· de qbꝫ dr̄ eccle·xxxix. Sūt
ſpūs q̄ ad vindictam creati ſunt: ⁊ in furore
ſuo confirmauerat tormenta ſua: ſcꝫ ignis·
grando· fames ⁊ mors beſtiarū· dentes ſcor/



pij ſerpentes ⁊ romphea vindicans in exter
minium impios. Super que tanto potentiores
erimus. quāto eadē a deo nobis inflicta pa/
tientius toleramus· hinc Aug⁹· Electi potē
ter aduerſa tolerant: ſcientes ꝙ per illud qđ
momentaneum eſt ⁊ leue tribulationis· ſu/
pra modum gratiam ⁊ gloriam mereantur
Scđo deus creauit quedā ad noſtrum obſe
quium que dicimus eſſe bona· per q̄ nobis
vite neceſſaria miniſtrantur· de quibus di/
citur Eccle·xxxix·Bona bonis creata ſūt ab
initio. Que autē ſint illa ſubiungit dicens.
Initium neceſſarie rei vite hominū· aqua
ignis· ferrum· ſal ⁊ lac. panis ⁊ mel· botrus
vue· oleum ⁊ veſtimenta· hec omnia ſanctiſ
in bona. Quibus tunc potenter vtimur qn̄
nobis ex eis ſolum de neceſſarijs ꝓuidemus.
F Tertio ſunt quedā que bona ⁊ mala di
cimus· ſcđm ꝙ bene vel male eis vtimur· ſi/
cut ſunt omnia pulcra· omnia dulcia ⁊ iocū
da· ſenſus noſtros demulcentia que deus cre/
auit ad iudicium meliorum que tunc mala
dicimus: ſi hos diuinitus cupimus ⁊ eligi
mus plus q̄ deum. Nam de his dicit ap⁹·
Ro·i·Cōmutauerunt veritatem dei in mē
dacium ⁊ coluerunt ⁊ ſeruierūt creature po
tius q̄ creatori qui eſt benedictus in ſecula.
De quibus Aug⁹ dicit. Maledicti ſunt do
mine qui nutus tuos diligunt plus q̄ te.
Que tunc bona dicimus quando ex eis cō/
monitī illa relinquimus: ⁊ illa que in deo
ſunt eligimus plus q̄ illa. Clamant enī no
bis omnia. Ipſe fecit nos ⁊ nō ip̄i nos· nec
dubium quī meliora ſibi ſeruauerit q̄ ſint
illa· hinc Bernardus. Integer amator dei
quocunq; ſe conuertit familiarem habet am
monitionē amoris· rebus ip̄is pro ſpeculo
vtitur ⁊ in omni eo quod cernit ſui amato/
ris reſultat memoria· aſpicit cuncta que cō/
didit ⁊ quo condiderit fine: ⁊ in his nō tam
āmirabilis q̄ amabilis occurrit atq; ex ar/
ra dilectionis quā precontulit ſapienter eſti
mat· quanta ſeruauit in dotem. Et ſic in trā
ſitorijs iſtis minimis contemplatur ſapien
ter eterna· ſciens ꝙ ſi in hac terra diſſimili/
tudinis inueniūtur tam pulcra in patria eo
dem inueniunſ infinita meliora. Tertia po/
tentia habebitur apud deū quam in duabꝫ
primis merebimur· per quā in omnibꝫ que
ad ſalutem noſtram pertinent: ſup deū, au/
deo dicere habebimus poteſtatem. An non
potens erat apud deū abraam ad cuius pre
ces nil facere poterāt in zodomis angeli dei
quouſq; loth patruus eius exijt. Si enim
ex perſona dei dixit angelus Geñ·ix· Feſti/
na ⁊ ſaluare in ſegor· quia non potero face/
re quicq̄ donec egrediaris illuc. An non po
tens erat moyſes cui dixit dominus Exodi
xxij· Dimitte me vt iraſcatur furor meus con
tra eos ⁊ deleam eos faciamq; te in gentem
magnam· quod exponens Gregorius dicit
Quid eſt dicere ſeruo dimitte me niſi dep̄/
candi auſum prebere· ac ſi aperte ei diceret.
Penſa quantū apud me valeas ⁊ cognoſce
quia obtinere poteris quicquid pro populo
exoras. An non hieremias potens erat ſup
dominū: cui dominus dixit. Tu noli orare
pro populo hoc: nec aſſumes pro eis laudē
⁊ orationem ⁊ non obſiſtas mihi. Hanc au
tem poteſtatem deus a dilectis ſuis libenter
ſuſtinet: vt in eis ⁊ ex eis occaſionem ſumat
miſerendi· quod euidēter innuitur Ezech·
xxij· vbi dicitur. Queſiui in eis virū qui in
terponeret ſe ſepem ⁊ ſtaret oppoſitus cōtra
me pro terra ne diſſiparem eam ⁊ non inue
ni· ⁊ ibidem improperando dicit. Non aſcē
diſtis ex aduerſo nec oppoſuiſtis vos pro do
mo iſrael· de hac triplici poteſtate dicit ap⁹·
Philipp·iiij Omnia poſſum in eo qui me
confortat G Quarto principes ſecula
res tantam habent pro ſapientia ⁊ ſunt pre
ceteris nobilitate generis ſublimati. Per
quod informamur vt ſi ſpirituales pr̄ncipes
fieri cupimus· oportet nos nobilibus exerci
tijs ab infimis ⁊ vulgaribus exercitijs elon
gari. Sunt autē tria exercitia propter que
nobiles valde efficimur apud deum. Opor
tet enī vt ſimus a terrenis actibꝫ elōgati. vir
tutibꝫ adornati· in deū feliciter tranſmutati
Primo dico qui vitā ſuā nobilitare deſide/
rant oportet vt a terrenis actibꝫ penituſ ſint
elongati· nec habentes cū vulgaribꝫ ⁊ popu
laribus cōmune: ſed ad modū angeloꝝ con
ciuium ſuoꝝ faciem dei licet adhuc a longe
intellectu ⁊ affectu quanto crebrius poterit
ſpeculetur. Cum enim hic ſit exilium ⁊ illic

patriã:merito cogitatione ⁊ auiditate in il/
la eterna patria ↄuerſamur. qđ facere mone
mur Eſa. li. Eleuare eleuare cõſurge hieru/
ſalem. Et notabiliter bis dicit eleuare. ꝓpter
affectum ⁊ operis effectum: vt non ſolum ꝑ
intellectum ⁊ affectũ: ſed etiam per operis ef/
fectum ſemꝑ ibi conuerſari amem⁹ vbi ma
nere in perpetuum nos ſperamus. Per ope/
ris autẽ effectum dixi: vt quicquid cogente
neceſſitate de terrena viſcoſitate facere opor
teat. eadem tamẽ per intentionẽ ſurſum ad
dominũ dirigamus: ita vt nunꝗ̃ propter ſe
ſed ꝓpter deum eadem faciamus. Et hoc eſt
quod ait Apoſtolus Col. iij. Que ſurſum
ſunt querite ſcilicet per operis effectum. que
ſurſum ſunt ſapite per deuotionis affectum
Hinc Bern. Sedulus animus ſemꝑ pre ocu
lis habeat: nõ id quod agit: ſed quod agẽdo
intendit. ⁊ ſubiungit. A deo ⁊ ad deum con/
ditus eſt animus rationalis: vt ad ipſm ſit
conuerſio eius vt ſit ipſe bonum eius. ⁊ ideo
ꝙ̃ propius poteſt accedat ad eum ſimilitu/
dine a quo ſola diſceditur diſſimilitudine.
Hoc enim ſolum eſt id magnũ bonum qđ
magnus animus debet deſiderare. amirari
⁊ ad illud feſtinare. ita vt licet in terris re/
gat corpus ſibi commiſſum: meliori ta/
men parte ſui hoc eſt memoria ⁊ intelligen/
tia ⁊ amore ibi ſemper conuerſari amet. vñ
quicquid habet ſe nouerit accepiſſe: ⁊ ibi in
perpetuum ſe manſurum: ⁊ cum plena dei vi
ſione. plenam ſe ſimilitudinem adepturum
ſperat. Scđm vitam noſtram ſupra mo
dum nobilitans ſunt virtutes. De quibus
quanto plures acquirimus tãto erimus a/
pud deum nobiliores. maxime autem virtu
tes theologice. deinde morales multum nos
nobilitant. hinc Iero. Sũma eſt apud deũ
nobilitas clarum eſſe virtutibus. vñ Sapi
ens. Nobilis eſt ille quem nobilitat ſua vir
tus. Singulariter autem pre ceteris ſunt q̃
dam virtutes ⁊ exercitia que non ſolum ad
principatum nobilitant ſed animas ꝛ̃tuas re/
ginas efficiunt: ⁊ tanꝗ̃ ſponſas copulãt re/
gi deo. quas beatus bernardus enumerat ſic
dicens. Da mihi animã nihil amantem niſi
deum ⁊ quod ꝓpter deum amandum eſt.
cui viuere chriſtus non tm̃ ſit ſed diu fuerat

cui ſtudij ⁊ ocij ſit prouidere deum in cõſpe/
ctu ſuo ſemper: cui ſolicite ambulare cum do/
mino deo ſuo non dico magna. ſed vna vo/
luntas ſit ⁊ facultas non deſit. da inꝗ̃ talẽ
mihi animã ⁊ ego aſſigno huic vocem patri
ſet ⁊ nomen ſponſe. He ſunt virtutes ⁊ exer
citia que precipue nos nobilitant apud deũ
Tertium ſuper omnem modũ maxime nos
nobilitans eſt illud cum per diuinam pre
ſentiam in dominum transformamur. Qđ
tunc feliciter contingit. cum deus iam dicitſ
virtutib⁹ illectus ruit in amplexus: nõ va/
lens ſe vlterius continere. tunc deus tanꝗ̃
fortior trahit poſt ſe animas in diuinum af
fectum eos penitus trãſmutans. iuxta illud
Apoſtoli. i. Corin. vi. Qui adheret deo vnꝰ
cum eo ſpiritus efficitur. Item Iob. xxxiiij
Si direxerit homo cor ſuum ad deum ſpiri
tum illius ⁊ flatum ad ſe trahet: deficiet oĩs
caro ſimul: id eſt carnalitas ⁊ homo in cine/
rem reuertetur. quod eſt dicere. Poſtꝗ̃ de⁹
ex ſui preſentia ſpiritum hominis ad ſe tra/
hit: omnis carnalitas deficit ⁊ homo. i. hũa/
ni affectus in nihilum rediguntur. diuinum
affectum feliciter induentes. quod apertius
Bern. declarat dicens. Cum voluntas eo ꝑ
ficit vt fiat amor: continuo per viam amoris
infundit ſe ſpiritusſanctus ſpũs vite: oĩa
viuificans: ⁊ continuo voluntas fit amor.
memoria vero efficitur ſapiẽtia: cum ſuaui/
ter ſapiunt ei bona domini. intellectus vero
cogitantis efficitur contemplatio amantis.
formans illud in quaſdam ſpirituales vel
diuine ſuauitatis experientias: ⁊ tũc de deo
bene cogitatur ſcđm modum humanũ: ſicꝗ̃
contigit ꝙ potentie anime rationalis q̃ pri/
us dicte ſunt voluntas cogitatio ⁊ memoria
feliciter in deum tranſmutate dicanſ amor
diuinus. contẽplatio. ſapientia deo ſponſo
miſericorditer hoc agẽte q̃ viuit ⁊ regnat ⁊c.

LI. Sermo de eodem.

# I fortes terre ve

hementer eleuati ſunt. Dicit Criſ.
In omni laude ſanctorũ nihil glorioſi⁹ de ſan/
ctis dici poterit. ꝙ̃ vt dij a deo ſuo noĩentſ.
necꝗ̃ eĩ hoc nomẽ eis tenaciter ſponi poſſem i
ſi ꝑ imitatõem ſctãm vitã dei hoĩs induiſſẽt



H Expedita ergo prima parte the/
matis dudum propoſiti ſcilicet de principã
dignitate. Nunc reſtat dicendum de ſecun
da parte ſcilicet de eorum ſublimitate. Ut ꝗ̃
predicator qui ſm̃ Apoſtolum ſapientibus
⁊ inſipientib⁹ debitor eſſe debet. magnis ſpi
ritibus habeat aliquid ꝓponere qđ ad ꝓfe/
ctum eos excitet ampliorẽ. ideo verbum ꝓpo
ſitum eſt inductũ: in quo quattuor per ordi
nem ꝓponuntur. Primo enim glorioſi iſti
apoſtoli magnifice cõmendãtur. ſcđo a dijs
gentium ſeparantur. tertio a deo ſpecificãtur
quarto vehementer exaltantur. Primũ ibi
Dij. in quo ſupra modũ cõmendantur. qui
enim nõ homines ſed dij vocantur. videnſ
humanũ ſtatum hominũ: q̃ntumcunꝗ̃ ſan
ctum ſublimiter exceſſiſſe. Scđm ibi. fortes
in quo a dijs gentium diſcernũtur qui non
dij ſed demonia (iuxta pſal. dicentem. quo/
niam omnes dij gentium demonia) verius
nuncupãtur. Illi enim dij nõ fortes ſed de/
biles ſunt valde ⁊ infirmi: qui nulla fortitu
dine ſed ſola doloſitate homines decipiunt
ad peccandũ. Unde nõ viribus vtuntur ſed
fraudibus. hinc Bern. Poteſt inimicus ex/
citare temptationis motũ: ſed in nobis eſt ſi
vinci volumus ⁊ nemo noſtrũ in hoc certa/
mine deijcietur inuitus. Unde in paſſioni/
bus ſanctorũ ſepe legiſ ꝙ̃ potenter ꝑ eos de/
mones ſunt conſternati ⁊ quam ſepe mutire
in eorũ preſentia nõ audebant. Tertium ibi
terre. in q̃ iſti dij ſcilicet apoſtoli a deo vere ſpeci
ficantur. In eo enim qđ dicũtur dij terre a
deo celi qui ſolus naturaliter eſt de⁹ diſtin/
guuntur. vnde Iohan. iij. Qui de terra ẽ
de terra loquitur: ſed qui de celo venit ſuper
omnes eſt. hinc Gre. exponens verbũ apo/
ſtoli dicentis. Qui eſt ſuꝑ oĩa deus bene
dictus in ſecula dicit. Sciendũ ꝙ ſancti ho
mines dij ſunt vocati ſicut dixit deus moyſi
Ponam te in deũ pharaoni. Sed aliud eſt
nuncupatiue ⁊ aliud dici naturaliter deum
Qui ergo dicitſ deus nuncupatiue deus di
citur ſuper oĩa. qui vero intra virginis vte
rum deus eſt incarnat⁹ ſuꝑ omes eſt. Unde
vult dicere ꝙ apoſtolus dicẽdo qui eſt ſuꝑ
omnia de⁹ benedictuſ. ſuꝑ oĩa dixit ad diſ
ferentiã ſanctorũ deorũ qui nõ ſunt ſuꝑ oĩa

ſed inter omnia participatiue dij nuncupã
tur. Quartũ ibi. vehemẽter eleuati ſũt. qui
per paſſionẽ ſuã hodie tranſeũtes in celum:
tanto ſunt in celo glorioſiores: quãto in ter/
ris fuerũt pre ceteris ſanctiores. Hec breui
ter de iſtis glorioſis dijs dicta ſufficiant. nã
mirabilia ⁊ miracula que de⁹ in eis ⁊ cũ eis
mundo exhibuit ſufficienter ꝓbant ꝙ ex me
rito ſanctitatis eorũ ſacra ſcriptura iuſte no/
minat eos deos. ſic enim ex ꝑſona dei de eis
dicitur in p̃s. Ego dixi dij eſtis. vnde cũ na
turalis de⁹ ſcilicet xp̃s ſe dixiſſe deũ: iudei vole/
bant eũ tanꝗ̃ de blaſphemia lapidaſſe. qui
bus ipſe dixit Ioh. x. Nonne in lege ſcriptũ
eſt. Ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos
ad quos ſmo dei factus eſt: ⁊ nõ poteſt ſol/
ui ſcriptura quẽ pater ſanctificauit et miſit
in mundũ: ⁊ vos dicitis: quia blaſphemas: quia
dixi filius dei ſum? Unde Iero. ſuꝑ illo ver
bo mathei. xvi. Quẽ dicunt homĩes eſſe fili
um hoĩs: dicit. Cum interrogaſſet ieſus
diſcipulos quid homines humana ſolũ ſen
tientes de ſe ſentirẽt: ⁊ reſpondiſſent. Alij ie/
remiam ⁊c. Reſpondit ieſus. vos autem qui
non eſtis homines tales de quib⁹ dicit apl's
Cum ſit inter vos zelus ⁊ contentio. nõne ho
mines eſtis: nõne carnales eſtis? ſed q̃ eſtis
dij qui de diuinitate mea intelligitis. quem
me eſſe dicitis? Nunc videamus quibus ex
ercitijs ſaltem fimbriam ſublimium iſtorũ
deorum tenuiter contingamus. vt ex hoc de
huius nomine ſanctitate aliquid conſeq̃mur.
Propter quod ſciendum ꝙ duo de hac ma
teria ſunt dicenda. Primo de huius nomi/
nis ⁊ vite cauſalitate. ſcđo de modo ꝑueniẽ
di qualitate. hoc enim ſancti pro maxima ve
neratione accipiunt vt eos imitemur. I
Primo ergo videndem eſt de huius nomi/
nis ⁊ vite cauſalitate: id eſt propter quam
cauſam poſſumus dij nuncupari. Eſt autẽ
hec cauſa ⁊ nõ alia ſcilicet vnio noſtri ad de/
um. Cum anima noſtra deo nõ ſolum con/
iuncta: ſed quod maius eſt vnita fuerit. tũc
fortis vincat minus fortem: id eſt deus ani/
mam: ⁊ trahit eã in ſue vite ⁊ nominis ſan/
ctitatem. Unde ſicut ipſe deus eſt natura/
liter. ſic talis hõ vnit⁹ ſibi nuncupatiue: ſic
etiã dicatſ deus. Licet eñ inter deũ ⁊ aĩam

maxima ſit diſtantia: cum ſecundum Bern. deus non poſſit eſſe dignior: et anima peccatrix non poſſit eſſe indignior. hec tamen vnio eſt ei poſſibilis: que poſſibilitas ſi in actum tranſeat: nullum ex hoc ſequitur impoſſibile. Ad hoc enim anima creata eſt vt exiens a deo per gratiam creationis ad deum redeat per gratiam vnionis quod figura. natura et ſcriptura poterit edoceri. figura per columbam noe quam ſicut Gen. viij. dicitur. Noe emiſit non vt rediret ſed vt videret ſi ceſſaſſent aque diluuij ſuper faciem terre. que cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in archam. Sic omnes anime chriſtianorum que per gratiam creationis a deo mittuntur in hunc mundum. ad hoc vtique mittuntur vt in arcam celeſtis regni ad eum redeant qui miſit illas. ſed heu multe tanquam coruus cadaueri mundane dilectionis inſident. Secundo oſtenditur per naturam: quia Bern. ſic declarat di. Rectus et magnus dominus rectum et magnum fecit hominem: vt per rectitudinem deum appeteret omnes affectiones ad ipſum erigendo: et per magnitudinem appetitus caperet eum: quem celi et terra capere non poterant ambigendo. Unde quia deus rectus eſt: de quo dicitur in pſal. Rectus dominus et non eſt iniquitas in eo: et ſimiliter quia magnus eſt. de quo iterum in pſ. Magnus dominus et laudabilis nimis. ideo oportet animam que ad imaginem eius creata eſt rectam et magnam eſſe. ſed rectitudinem in lapſu primorum parentum perdidimus: magnitudinem anime retinemus: quam rectitudinem poſtquam per bona exercitia reparauimus: ex hoc deo ſimiles facti dij vocamur. Tertio hoc idem probatur lucide per ſcripturam: videlicet quod ad hoc vt ad deum redeant ſunt create. Iuxta illud Iob. xiij. Sciens quia a deo exiuit et ad deum vadit: dicit enim Bern. A deo et ad deum conditus eſt animus rationalis: vt ad ipſum ſit conuerſio eius vt ſit ipſe bonum eius. Hic autem ab illo bonus ad imaginem quippe et ſimilitudinem eius conditus eſt: vt quamdiu hic viuitur quam propius poteſt accedat ad deum ſimilitudine: a quo ſola diſcedit diſſimilitudine. vnde ſit hic ſanctus ſicut ille ſanctus eſt in futuro beatus ſicut ille beatus eſt. denique hoc ſolum magnum bonum magnus et bonus animus ſuſcipit: et mittitur et affectat quod ſuper illum eſt: et adherere feſtinat ei ſimilitudine ſua deuota imago. Ipſe enim animus rationalis ad imaginem dei eſt: et per hoc intelligit ſe poſſe et debere adherere ei cuius imago eſt. Ideo et ſi in terris regit corpus ſibi commiſſum meliori tamen parte ſui: hoc eſt memoria. intelligentia et amore ibi ſemper conuerſari amat. Unde quicquid amat ſe nouit accepiſſe: et vbi in perpetuum ſe manſurum: et cum plena dei viſione plenam ſimilitudinem adepturum nouit. Illuc ergo ſpectet. vnde pendet plus cum hominibus commorans vt viuificat eos vigil dei ad querenda et capienda diuina: quam vt animet vita iſta mortali et humana. Sicut enim corpus naturali ſtatu ſuo erigit in celum: eo quod natura et dignitate omnia corpora ſupereminet. ſic ſpiritualis natura ad ea que in ſpiritualibus hoc eſt ad deum et diuina eriget ſemper amat ſemetipſam non ſuperbe ſapiendo ſed pie amando. Hec ergo beata vnio cauſa eſt per quam homines a ſtatu humanitatis .i. carnalitatis tranſeunt in diuinum. ¶ Secundo dicendum eſt de modi perueniendi qualitate: hoc eſt qualiter ad hunc ſtatum diuinum veniamus. et ſunt tria per que hanc gratiam conſequemur ſcilicet per aſſimilationem. dilectionem et perfectionem. In his enim tribus perficitur vita hominis et a ſtatu noſtro recedentes: id eſt a vita humana in diuinum ſtatum feliciter commutamur vt dij nominemur et ſimus. Cupientes ergo hanc beatam denominationem vt dij nominemur conſequi: primo aſſimilemur deo. Sunt autem tria in quibus ſibi homines mutuo aſſimilantur: ſcilicet in faciei diſpoſitione. in ſimili operatione et in morum exhibitione: vt quicunque homines aliquid iſtorum ſimiliter habeant dicantur ſibi ſimiles: et ſic ſibi mutuo aſſimilari. Primo ergo aliqui ſunt ſimiles ad inuicem faciei diſpoſitione. per quem modum communiter dicimus. quod ſimiles iſti ſibi ſunt in facie. per hanc faciem voluntatem accipimus. nec inconuenienter. ſicut enim homo exterior per faciem cognoſcitur: ſic interior per voluntatem. Hinc Gre. Sicut per exteriorem faciem hominibus ſic per interiorem voluntatem deo noti ſumus. Hec ergo voluntas noſtra que de ſui natura nec bona nec mala dicitur. tanto erit melior quanto diuine voluntati conformior. quam cum per conformitatem ceperit eſſe bona habemus in ea omne quod ad ſalutem nos poterit promouere. ſic enim dicit Bern. Bona voluntas eſt origo omnium bonorum et omnium mater virtutum: quam qui habet ſecum: habet quicquid ei ad bene viuendum opus eſt. quia vt ait Gre. Ante dei oculos nunquam eſt vacua manus a munere: ſi arca cordis repleta fuerit bona voluntate. operatur enim bona ſi eſt: ſi vero operari renuit voluntas non eſt. Bona ergo eſt noſtra voluntas cum ex conſilio et propoſito ad dominum ſe conuertit. Melior eſt autem cum conſilium et propoſitum conuertit in opus: vt non ſolum iam velit ſed voluntas per opera iam probatur. Optima autem tunc eſt voluntas cum opere et veritate affectu et effectu diuine voluntati in omnibus et per omnia ſe conformat. hinc Bern. Scio omnem creaturam ab homine velit nolit ſubiectam eſſe oportere creatori ſed a creatura rationali voluntas exigitur: que tunc perfecta iudicabitur: cum omne quod pro certo ſcimus deum velle: id nos omnino velimus et quod certum eſt deum nolle: id nos per omnia execremur. Quod autem incertum eſt vtrum velit aut nolit: nec nos velimus ex toto nec penitus non velimus: talis voluntas non requieſcit. donec perducat hominem ad perfectum: quia cum poterit operatur: cum vero non poterit ſperandum eſt vt eius deſiderium ſtet pro facto. ſecundum illud apoſtoli. ij. Corin. Si voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet accepta eſt deo. Secundo homines ſibi mutuo aſſimilantur in ſimili operatione. ſic ſi deo aſſimilari cupimus operemur ſicut ipſe tam in opere quam in affectu. In opere vt que ipſe operatus eſt hoc eſt propter nos: et nos operemur propter eum. Ad quod hortatur nos Iudic. Quod me videritis facere omnes facite. Item exo. Inſpice et fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte. Ideo enim homo factus eſt vt in ſeipſo viuendi regulam nobis daret. Sic enim dicit Gre. Incarnatus dominus in ſemetipſo omne quod prius precepit et inſpirauit oſtendit: vt quod precepto monuit exemplo ſuaderet. hinc Bern. Proderit mihi domini paſſio ſi mea ſequitur imitatio. alioquin requiretur a me ſanguis ille qui effuſus eſt ſuper terram. Nec immunis ero ab illo tam ſingulari ſcelere iudeorum. quod videlicet tante caritati ingratus fuerim. quod ſpiritui gratie contumeliam fecerim: quod conculcauerim filium dei. Ex quo patet quod nec paſſio proderit ſine imitatione: nec imitatio ſufficit ſine paſſione: multi enim antiquorum patrum ſecuti ſunt dominum quorum vnus ſcilicet Iob dixit. Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus etc. non tamen ante paſſionem introire poterat in regnum dei. Tertium quo homines ſibi aſſimilantur conſiſtit in morum exhibitione: vt qui ſimiles ſunt in moribus ipſi ſibi mutuo aſſimilantur per hos mores virtutes accipimus per quas deo tanto amplius aſſimilabimur: quanto plures inſerimus vite noſtre. vnde de hac aſſimilatione virtutum ex perſona dei informat nos Bern. dicens. In vita mea cognoſcere poteris vitam tuam: vt ſicut ego paupertatis obedientie. humilitatis patientie et caritatis indeclinabiles ſemitas tenui. ſic et tu eiſdem veſtigijs incedas: non declinans ad dexteram nec ad ſiniſtram. inter has virtutes tamen maxime caritas nos aſſimilat deo. De his tribus ſimilitudinibus dicit Aug. Appareat ſimilitudo in moribus pro natura. in operibus pro iuſticia. in virtutibus pro gratia: vt moribus pro natura proponetur. iuſticia operibus probetur. gratia virtutibus compleatur: et ſic ſemper domino preſentetur. hinc raguel de thobia. O ſimilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo. Quanto ergo in hac aſſimilatione amplius proficimus ex continuis exercitijs promoti: tanto vicinius ad deum accedimus: et tanto verius dij vocamur quouſque tandem iterum beatius vnimur deo. ¶ Secundum ergo quod ad huius denominationis gratiam nos promouet eſt et dicitur dilectio per quam vniti deo induimus nomen eius. Hec autem vnio licet ex omnibus exercitijs prius dictis promoueatur. maxime tamen perficitur ex amore. quod taliter eſt videndum. Omne imperfectum contendit et feſtinat vt ſuo perfectibili ſe coniungat et in eo perficiatur: ſicut ignis qui cum ſuper terram imperfectum eſſe habeat tendit ſurſum ad celum empireum et omnis aqua feſtinat ad mare: vt cum in ſe ſint imperfectibilia in ſuo toto eſſe perfectius conſequantur. Bern. Certum eſt ad ſuam

originē vniuerſa q̄ntum in ſe eſt tendere ⁊ in eam ſemper eſſe ꝑtez dediuiora. Sic eſt per omnia de amore: qui cū in cordibus noſtris imꝑfectum eſſe habeat: ⁊ in corde dei ꝑ omnia ſit perfectus. teſtante Eſa. qui dicit. Uiuit dominus cuius igniculus eſt in ſyon id eſt in anima fideli ⁊ caminus in hieruſalem. hinc eſt ꝙ contendit continue ad deū vt amori eius totaliter immergat: ⁊ ꝑ conſequens perfectū eſſe conſequatur. omnes affectiones anime violētiſſime poſt ſe trahens Nam vbi amor ibi oculus. vbi amor ibi cor ⁊ omnes vires anime amorē ſuū ſequūtur. hinc dioñ. dicit ꝙ violentia amoris amantem tranſponit in amatum: q2 vbi amor ibi omnis tenor interioris hoīs ſe recipit colligit ⁊ ſe transfert: ⁊ ſic deo feliciter vnimur Ex quo fit vt omnia noſtra dei ſint: ⁊ q̄ ſunt dei noſtra. ſicq3 fit vt ſancti hoīes deo vniti ex bonis eius ditentur ⁊ opera eorū: ex eo ꝙ dei nobiſcum ſunt per omnia nobilitentur. vt dicat nobis deus illud Luce. xv. Omnia mea tua ſunt. de hac mira dei gratia dicitur Johan. xvij. Pater ſanctificaui eos in veritate. vt ſicut tu pr̄ in me ⁊ ego in te. ita ſint ⁊ ipſi vnū in nobis. hinc .i. Corin. vij. Qui adheret deo vnus ſpiritꝰ eſt cū eo. Tertiū per quod venitur ad hanc beatam denominationem vt dij nominemur: conſiſtit in vite ꝑfectione: non illa que eſt in conatu perficiendi. de qua in priori ſermone dictū eſt: ſed illa que eſt terminus ꝑueniendi: quā3 paulus obmiſſam in iſto ſermone promiſimus exponendā3: que licet adeo ſit ſublimis vt vix a quodam apprehendi valeat in hac vita: quam ille non mediocris in dijs paulus videlicet non arbitratus eſt ſe apprehendiſſe: que vnioni iam dicte aliquid diuinius ſuperaddit. Tamen quia lex diuina impoſſibile nec precepit nec conſulit. ſuadet autē ꝑfectionem Mathei. v. dicens. Eſtote perfecti ſicut pater veſter perfectꝰ eſt. nullus indignetur. nullus contemnat ſi de hac materia nō de noſtro: quia nihil ſumus: ſed de ſcriptura ſacra aliquid in mediū proferamus.

ſalubriter faciendã tria requirũtur que in p̃/
dictis verbis intelligũtur. debet eñ iſta con
fectio eſſe generalis. equal' ⁊ affectual'. Ge/
neralis vt de omnib ſpeciebꝫ peccatorꝝ fiat
Cum eñ dei pfecta ſint opera: non poteſt de
us dimidiatã remiſſionẽ peccatorꝝ vt dimit
tat penitenti ea de quib penitet: ⁊ alia de q̃/
bus nõ penitet nõ dimittat. dicit̃ eñ Ezech.
Maledictus qui de ſuo grege offert macu/
loſum: ⁊ hoc intelligit̃ in hoc qd̃ dicit̃. Sũ/
me tibi aromata in plurali. Scd̃o hec confe
ctio debet eſſe equalis: vt affectus penitẽtis
in pondere doloris ſingulis peccatis corre/
ſpondeat. vt de magno peccato magis peni/
at. de minori minus. de hoc dicit̃ in puer. xi.
Equũ pondus voluntas eius. ⁊ iteꝝ deute.
Pro menſura peccati erit modus plagaruꝫ
⁊ hoc tangit̃ in eo ꝙ in predicto verbo Exo.
dicitur. equalis ponderis omnia erũt. Ter/
tio hec ꝯfectio debet eſſe affectualis: vt ex p/
fundo cordis noſtri intima deuotione cogi/
temus quẽ ex peccatis noſtris offendimus.
quia deũ patrẽ noſtrũ. qd̃ in ſe transfigurat
Bern. pter nos dicenſ. Cogitanti mihi qd̃
deũ patreꝫ offenderim: eſt certe qd̃ pudeat.
ipẽ eñ ſe mihi patrẽ exhibuit: ſed ego nõ me
illi viciſſim in filiuꝫ. qua fronte attollo iam
oculos ad vultũ tam pij pr̃is tam malꝰ fili/
us. opiat confuſio faciẽ. pudet tanto pr̃i fuiſ
ſe degenerẽ. ⁊ hec intelligit̃ in eo qd̃ ſup̃ di/
xit. Cũ vniuerſa in tenuiſſimũ puluerẽ ꝯtu
deris erit ſanctũ ſctõꝝ. Scd̃m vngentũ di/
cit̃ deuotiõis: ⁊ eſt qd̃ conficit̃ ex intuitu be/
neficiorꝝ dei. de q̃ iteꝝ di. bern. Eſt vngentũ
tanto p̃cioſiꝰ primo: q̃nto de melioribꝫ ꝯpo
nit̃ ſpẽb. Nã primi vngẽti ſpẽs ñ lõge q̃rũ
tur. nã penes nos abſq̧ difficultate ea repẽ
⁊ de ortis noſtris copiam talium perfacile
tollimus. Quis eñ ad manũ nõ hẽat iniq̃
tates ⁊ pctã ſi nõ diſſimulat? deniq̧ illd̃ pri
mũ apponit̃ pedib. iſtud ꝟo capiti applicat̃
At vero huius ſcd̃i vngẽti aromata nequã/
q̃ terra noſtra profert: ſed procul ⁊ de vlti/
mis finibus preciũ eius. Fit enim vngentũ
iſtud de diuinis collatis humano generi be
neficijs. Felix anima q̃ ipa ſibi ſtudioſe col
ligere: ⁊ ante mentis ſue oculos digna cum
gratiarꝝ actione reducere curat. pfecto cum
fuerit in vaſculo pectoris: piſtillo crebre me
ditationis concuſſa atq̧ ꝯtrita: deinde igne
ſancti deſiderij ſimul oĩa decocta ⁊ deinde
impinguata oleo leticie. erit vnctio longe p̃
cioſior priore. illo atteſtante qui ait. Sacri/
ficiũ laudis honorificabit me. Porro cum
ſcriptura ſolum dicat de primo: q2 nequaq̃
deſpicit̃. liquet iſtud amplius cõmendatuꝫ
qd̃ non ſolũ non deſpicit̃ ſed honorificatur.
Deinde illud pedib apponit̃: illud vero ca
piti. Si eñ chriſti caput ad diuinitatẽ refe
rendum eſt dicente aplo. Caput xp̃i deus.
proculdubio caput chriſti vngit que grati/
as agit. quoniã in referendo grãs deũ tan/
git nõ hominẽ. quoniã vt ait Jaco. Omne
datũ optimũ: ⁊ oĩe donũ perfectũ deſurſuꝫ
eſt a patre luminũ ⁊c̃. En quale vngentum
ꝓpoſui vobis quo ſe caput illud tremenduꝫ
poteſtatib tangi nõ ducit indignum. imo ⁊
honoris inſigni indicat dicens. Sacrificiũ
laudis honorificabit me. Quã ob rem non
eſt paupis ⁊ inopis ſeu puſilli cordis ꝯfite/
re iſtiuſmodi vnctionẽ. quoniã de libertate
ſpũs ⁊ cordis puritate neceſſe eſt ꝙ deſcen/
dat. nihil eñ ita repreſentat ꝓprie in terris
ſtatũ celeſtis habitatiõis: ſicut alacritas lau
dantiuꝫ deum. Quã ob rem ſuadeo vobis
amicis meis. reflectere pedẽ a moleſta ⁊ an
xia recordatione peccatorꝝ ⁊ inuadere in iti/
nera ſerenioris memorie beneficiorũ dei. vt
qui in vobis confundimini in ipſius intuitu
reſpiretis. Et quidẽ neceſſarius dolor p pec
catis eſt: ſed ſi nõ ꝯtinuus ſane interpoletur
recordatiõe letiore beneficiorꝝ dei. miſceamꝰ
abſinthio mel: vt ſalubris amaritudo ſalu/
tem dare poſſit. E Que aũt beneficia
ſint crebriꝰ cogitanda: ſtatim ſubiũgit bern.
di. Verũ q2 beneficia q̃ largiri mortalibus
non ceſſat miſericors dñs. recolere ⁊ intelli/
gere oĩa: omni homini impoſſibile eſt: id
ſaltem qd̃ precipuũ eſt ⁊ maximũ opus vicꝫ
noſtre redemptionis a memoria redempto
rum aliq̃liter non recedat. In quo ope duo
que occurrũt veſtris ſtudijs intimare curã/
ho: que ſunt modus ⁊ fructꝰ. Modꝰ quideꝫ
dei eſt exinanitio: fructus vero noſtri de illo
repletio. Porro fructũ talem expectamꝰ no/
ſtri amoris. q̃lem ipẽ quẽ amamꝰ promiſit.
Menſuram inquit bonã ⁊ ꝯfertam ⁊ coagi/
tatam ⁊ ſupeffluentem dabũt in ſinũ veſtrũ
Meſura iſta vt audio erit ſine mẽſura. Sꝫ
velim ſcire cuius rei futura ſit illa menſura
vel immenſitas que ꝓmittitur. Oculus nõ
vidit abſq̧ te deus q̃ prepaſti diligentibus
te. Dic nobis tu deꝰ q̃ p̃paſ q̃d p̃paſti: q̃d ſit
menſura ſine mẽſura ⁊ fructꝰ nr̃. credimꝰ ſic
ꝓmittis. Replebimur in bonis domus tue
Sed quib queſo bonis vel qualib? Forte
frumento vino ⁊ oleo: ſed hoc vidimꝰ noui/
mus ⁊ faſtidimus. id querimus qd̃ oculus
non vidit nec auris audiuit. deniq̧ illa pri
ora promiſſa ſunt iudeis ſicut ſcriptum eſt.
Dedit illis regiones gentiuꝫ ⁊ labores po/
pulorũ. nobis aũt ꝓmittĩt: qd̃ oculus non
vidit. ⁊ illa menſura prius preſcripta. id er
go q̃rimus quid ſit: qd̃ oculus nõ vidit nec
auris audiuit ⁊c̃. hoc placet. hoc ſapit. hoc de
lectat inquirere qd̃cunq̧ ſit illud. Erunt in
quit oĩes docibiles dei. ⁊ erit deus oĩa in
omnib. ergo vt audio plenitudo ⁊ repletio
q̃ nobis ꝓmittitur a deo nõ erit niſi deꝰ ⁊ de
deo. Quis vero cõprehendat: q̃ magna mul
titudo dulcedinis in breui iſto ſmone com/
prehenſa ſit: erit deus omnia in oĩbus. Ut
de corpore taceam: tria in aĩa intueor. ratio
nem. voluntatẽ ⁊ memoriã. Naꝫ qui replet
in bonis deſideriũ aĩe. ipẽ rationi futurꝰ eſt
plenitudo lucis. ipẽ volũtati multitudo pa/
cis. ipſe quidẽ memorie ꝯtinuatio eternitã/
tis. O veritas. caritas eternitas. O beata ⁊
beatificans trinitas. ad te noſtra miſera tri/
nitas miſerabiliter ſuſpirat. Primum faci/
et veritas deus. ſecundũ caritas deus. terti/
um ſũma pr̃as deꝰ. vt ſit deus oĩa in oĩbus
Ratõe recipiẽte lucẽ inextiguibilẽ. volũtate

pacem importabilem: conſequẽter memo-
ria fonti indeficienti eternaliter inherente.
Primũ filio. ſcd̃m ſpũiſancto. tertiũ patri
ꝓprie aſſignamus. ⁊ hec de redemptionis fru
ctu. ¶ De dei vero exinanitiõe tria pre-
cipua vobis intuẽda cõmendo. Nõ enĩ ſim
plex aut modica illa exinanitio fuit: ſed ſe-
metipſm exinaniuit vſqꝫ ad carnẽ. ad mortẽ
ad crucem. ſimiliter exinaniuit ſe in reb. in
corpore ⁊ in anĩa. In reb qꝛ ex omnibus re
bus celi ⁊ terre nõ habuit vbi caput ſuũ re-
clinaret: ipſo dicẽte math. viij. Vulpes foue
as hñt ⁊ volucres celi nidos. filius autẽ ho
minis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. In
corpe ſe exinaniuit. de q̃ Eſa. i. A planta pe-
dis vſqꝫ ad verticẽ nõ eſt in eo ſanitas. Si-
militer in anĩa ſe exinaniuit: ex anima patri
offerens voluntatẽ dicens mat. xxiij. deo pa
tri in agonia. Abba pater. oĩa tibi poſſibi-
lia ſunt: tranſfer a me calicẽ iſtum. Verũ ta-
men nõ ſicut ego volo: ſed qđ tu vis. Et no-
tandũ ꝙ has tres exinanitiões de noſtro po
ſuimus nõ de verbis bern. Sed dicit aliqs
Non potuit deus repare op⁹ ſuũ abſqꝫ tan
ta difficultate? Valuit ſed maluit cuꝫ iniu-
ria ſui ne peſſimũ atqꝫ odioſiſſimũ viciũ in
gratitudinis occaſionẽ vſ. ꝫ repierur in ho-
mine. Qđ enĩ dicebat homo creat⁹ ⁊ ingra-
tus. Gratis quidẽ creat⁹ ſum: ſed nullo au-
ctoris grauamine vel labore. quid magnum
eſt: cũ q̃liber magna ĩ ibi facilitate donaue
rit. Nam de me ſicut de ceteris dixit et facta
ſunt. Sic bñficium creatiõis attenuãs hu-
mana ĩpietas magnitudis materiã ĩnđ ſu-
mebat. vñ amoris cauſam habere debuerat
ſed obſtructũ eſt os loquentiũ iniq̃. luce enĩ
clarius patet q̃ntũ pro te o hõ diſpendium
ſui fecerit. Sex dieb condidit oĩa ⁊ te in-
ter omnia. At vero p. xxx. annos opatus eſt
ſalutẽ in medio terre. Tertiũ vngentum eſt
qđ ambobus antecellit: ⁊ hoc appellauerim
pietatis: eo ꝙ fiat de neceſſitatib pauperuꝫ
de anxietatib oppreſſoꝝ. de pturbationibuſ
triſtiũ. de culpis delinquentiũ: ⁊ poſtremo
de omnib quorũlibet miſeroꝝ erũnis: etiaꝫ
ſi fuerint inimici. Deſpicabiles videnꝰ ſpe
cies iſte: ſed eſt ſup omnia aromata vngen
tũ qđ ex eis conficiꝰ. Igiꝰ multe miſerie col

lecte atqꝫ oculo pietatis inſpecte: ipe ſũt ſpe-
cies ex quib vngenta optima ↄficiunꝰ. Fe-
lix mens que taliũ collectiõe aromatuꝫ ſeſe
ditare ⁊ impinguare curauit: infundens ea
oleo miſericordie ⁊ ardore decoquẽs carita
tis. Verũ qꝛ ſmonẽ iſtũ de vngentis in lon
gum ꝓtraximus de primo ⁊ ſcđo vngento.
ideo de hoc tertio hec pauca ſufficiãt ne ꝓlixi
tas q̃ mꝰ eſt tedij deuotionẽ extiguat: ſed hiſ
vngentis delibuti curram⁹ in odore vngen-
torum iſtoꝝ viam mandatoꝝ dei.

## LVI. De ſancto Iacobo.

Iſte vocatum eſt nomẽ eius iacob. Gen. xxvij
Dixit Gre. Mens nr̃a mutabi
litatis ſue pondere ad aliq̃d ſemp impellit
aliter qꝫ ẽ niſi ĩ ſtatu ſuo arta diſcipline cu-
ſtodia teneaꝰ ſemper in deteriora dilabiꝰ. q̃
enĩ ſtans deſeruit ſtatũ quẽ hr̃e potuit ami
ſit. ¶ Verba ḡ ꝓpoſita ſancto iacob
ↄuenienter pñt applicari: qui cũ interpreta
tur luctator ſiue ſupplantator: eo ꝙ ad iã di
ctam noſtre mẽtis mutabilitatẽ reparandã
⁊ in deo ſtabiliendã fortiter luctabaꝰ: duſqꝫ
tandẽ oĩa q̃ mentẽ ſuã infirmabãt penit⁹
ſupplantauit. i. ſupplantans ↄculcauit: ſtãs
in pleno dominio eoꝝ omniũ quib in pria
creatione viſus eſt dñari Gen. i. Creſcite et
multi. ⁊ replete terrã ⁊ ſubijcite eã: ⁊ domi-
namini piſcib maris ⁊ volatilib celi ⁊ vni
uerſis animantib q̃ mouenꝰ ſuper terram
q̃ ſicut ſtatim homini obedienti oĩa obedi
uiſſent ⁊ ſuiuiſſent. ita cadenti ⁊ inobediẽti
oĩes creature ſunt rebelles. ſicut diciꝰ Ec
cle. Creatura tua tibi factori deſuiens exar
deſcit in tormentũ aduerſus impios. Iuſte
ergo glorioſus iſte princeps dictus eſt iaco-
bus qꝛ luctando ⁊ pugnando verum iacob
patriarcham videlicet viriliter imitabatur
vt quẽ in virtute vite ſequereꝰ etiã in ſimili
tudine nominis imitaretur. Quomõ autẽ
ipſum fuerit imitatus. ſciendum ꝙ antiqu⁹
iacob quatuor locis ⁊ vicibus luctãdo pu-
gnabat: ⁊ pugnando ſupplantauit ſalicꝫ in
vtero matris cum Eſau fratre ſuo. ſecundo
in domo patris iterum cum Eſau. tertio
cum laban cognato. quarto cum angelo.



Primo dico antiquus iacob luctabatur cũ
eſau fratre ſuo in vtero matris. Sic eniꝫ dr̃
gen. xxv. Dedit dñs ↄceptuꝫ Rebecce qui
collidebãtur in vtero eius paruuli et iacob
egrediens de vtero plantam tenuit fratris.
Scđo luctabatur cũ eſau fratre ſuo ĩ domo
patris ſupplantãs eũ ⁊ tollens e⁹ pmogenita
⁊ nihilominus ſurripiẽs eius benedictionẽ
Nam de primo genito dr̃ vt ſupra. Coxerat
iacob pulmentum ad quẽ cuꝫ veniſſet eſau
laſſus de agro ait. Da mihi de coctione hac
ruffa. cui dixit iacob. Vende mihi primoge-
nita tua. ille rñdit. En morior quid mihi ꝓ-
derũt primogenita. dicit iacob. Iura ḡ mi-
hi. Iurauit ⁊ vendidit primogenita. et ſic
accepto lentis edullio ↄmedit ⁊ bibit ⁊ abijt
paruipẽdens ꝙ primogenita vendidiſſet. đ
benedictionis aũt ſurreptione dr̃ iterũ Gen
xxvij. Dixit yſaac ad filiũ ſuum eſau. Venit
germanus tuus fraudulenter ⁊ accepit be-
nedictionẽ tuã. at ille ſubiunxit verbũ ꝓpoſi
tũ. Iuſte vocatũ eſt nomẽ eius iacob ſupplã
tauit enĩ me en altera vice primogenita mea
ante tulit. et nũc ſecundo ſurripuit benedi-
ctionẽ meã. Tercio ſupplantauit laban fugi
endo. ſic enĩ ſcriptũ eſt Gen. xxxi. Surrexit
iacob ⁊ impoſitis liberis ac coniugib ſuis
ſuper camelos abijt. tulitqꝫ omniũ ſubſtan
tiam eius greges ⁊ quicquid in meſopota-
mia acquiſierat pergens ad yſaac patrem ſu
um. Quarto luctabatur cũ angelo Geneſ.
xxxij. vbi dicitur. tulit iacob vxores ſuas du
as ⁊ totidem familias cũ. xi. filijs ⁊ trãſiuit
vadum iabocb. tranſductiſqꝫ oib q̃ ad ſe
pertinebant remanſit ſolus. et ecce vir lu-
ctabatur cũ eo vſqꝫ mane. qui cũ videret ꝙ
eũ ſuperare nõ poſſet tetigit neruũ femoris
eius ⁊ ſtatim emarcuit. dixitqꝫ ad eum. Di-
mitte me aurora enĩ iam aſcendit. Reſpon-
dit. non dimittam te niſi benedixeris mihi.
Ait ergo. qđ nomen eſt tibi. Rñdit Iacob
At ille inquit neq̃qꝫ vltra vocaberis iacob
ſed iſrael. qm̃ ſi contra deũ fortis fuiſti quã-
to magis cõtra homines preualebis. ⁊ ſequi
tur ⁊ benedixit eiã in eodem loco. ¶
Sicut igitur verus iacob bis quatuor mo
dis ſupplantando vicit. ſic nouus noſter ia-
cob totidem modis luctando tam cũ actio

nibus q̃m cũ paſſionibus viriliter vicit. Il
las enĩ actiones ſtrenuiſſime perficiendo.
Iſtas autẽ paſſiones virtuoſiſſime ſuffrẽ-
do. Primo enĩ luctabatur in vtero vincens
interiores affectiones. Secũdo in domo. i.
in corpore ſuperans carnales delectationes
Tercio ſupplãtauit laban qđ interpretatur
candidus ſignans mđm ſuppeditans mun-
danas occupationes. Quarto vicit anglm
id eſt deum cogens eũ addandam ſibi bene
dictionem. ꝙ aũt noſter iacob in vtero vice
rit patet ex hoc ꝙ cum xp̃s ſibi ⁊ iohanni di-
xerit. Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibitu
rus ſum. dixerunt. poſſumus dantes victaꝫ
voluntatem ad amaritudinem paſſionis ꝙ
etiam corpus vicerit pꝫ ex hoc qꝛ dedit illud
in paſſionem. ꝙ etiã mđm vicerit in hoc co-
gnoſcitur qđ ipe dicit in ſua canonica. Om
ne qđ natũ eſt ex deo vincit mđm. et hec eſt
victoria que vincit mundum fides noſtra.
ꝙ etiam vicerit deum accipiendo ab eo bñ-
dictionem. patet luce. xxiiij. vbi dr̃. Eduxit e
os foras in bethaniam ⁊ eleuatis manibus
ſuis benedixit eis. et factũ eſt dum benedice
ret eis receſſit ab eis ⁊ ferebatur in celũ. Iu-
ſte ergo vocatum eſt nomẽ huius principis
iacobus quia totidem modis ⁊ vicib extiti-
tit ſupplãtator. et ideo meruit taꝫ ipe qꝫ alij
apli in priſtinũ. ſtatũ prime creationis a do
mino collocari. ſtans erectus tam in natura
lib qꝫ in gratuitis coram deo ⁊ hñs dñiũ ſu
per ceteras creaturas. vnde math. x. Dedit
eis. ſ. diſcipulis poteſtatẽ ſpirituũ immũdo
rum ⁊ curare omnẽ languorẽ. nũc tandeꝫ a-
liquando ad noſtram edificationẽ materiã
inflectamus in totideꝫ locis ⁊ luctaminib
nos viriliter exercentes. vt ſi glorioſi huius
principis gloriam cupimus poſſidere ipm
⁊ non pigeat imitari. Primo diſcentes lu-
ctam actionũ. Secundo paſſionũ. Primo
ergo luctemur cũ actionib noſtris in vtero
vincentes interiora nr̃a ⁊ ipſa in ſtatum de-
bitũ ordinantes. qđ trib modis fieri opor-
tebit. Primno enim luctari oportet ad inte-
riorum noſtroꝝ purgationeꝫ. Secundo ad
purgatorum ↄcordationẽ. Tercio ad con-
cordatorum eleuationem que tria multo ſu
dore ⁊ multo indigent labore anteqꝫ ad ſta-

tum priſtinū hoc eſt ad ſtatū creatōis refor
menť. Illa eñ tria hō primo creatus habu
it ſ; poſtq̃ peccauit ſūt oīa deformata. Pri
mo ergo luctemur purgātes interiora nr̃a
ita vt quicquid mordeat cōſcientiā noſtra;
cōtinuo expellať qð ammonere ſapiēs volu
it cū dixit. Expurgate cū paucis que pauca
ſunt. ſ. pn̄ia ⁊ reſiſtēcia. vt ꝑ pn̄iam cōmiſſa
expellanť ⁊ ꝑ reſiſtentiā cōmittēda ꝓhibean
tur. Cū .n. interiora nr̃a in tria principalia
ſ. in intellectū voluntatē ⁊ memoriā reducā
tur. Intellectus purgādus ē a falſis. volun
tas a malis. memoria a fedis. ⁊ tūc interio
ra noſtra optime ſunt purgata. Scđo lucte
mur ad purgatoꝝ cōcordatōnem. ita vi; vt
pio affectu ⁊ equali cōamine oīa velint deū
vt bonū qð intellectus cognouit. voluntas
velit. memoria amplecteť. ⁊ nō ſint ī eis ſciſ
mata qð cū factū fuerit ſupmodū feſtinātet
hō ꝓficit. ꝓpter qð deus dicit in ꝓuer. Tria
ſunt que placēt ſpūi meo q̃ ſunt ꝓbata co
rā deo ⁊ hoībus. quoꝝ vnū eſt cōcordia fra
trū. Nam vt ibidē dr̃. Ubi frater adiuuať
a fratre ibi firma ē ciuitas. Vn̄ monet nos
apl's di. Nō ſint in vobis ſciſmata. Tercio
luctemur ad recōciliatoꝝ ad deū eleuatōe;
Ad hoc eñ homo inter oēs creaturas ſtatu
rā habet erectā ceteris oībus ad terrā curua
tis. vt ꝑ exteriorē erectōem de interiori nos
cōmoneret. vn̄ ꝓpheta. Eleuare eleuare. qð
bis dicit ꝓpter cogitatōe; ⁊ deuotōe;. cui cō
ſonat apl's di. q̃ ſurſum ſūt querite ꝑ cogi
tatōe; q̃ ſurſū ſūt ſapite ꝑ deuotōe;. Se
cundo luctandū eſt in domo hoc eſt cu; cor
pore qð eſt domus aīe. vt illud ſupplante
mus. i. ſub plantis conculcemus qð in tribꝫ
iterum fieri oportebit. ſc; in carnaliū deſide
rioꝝ cohibitione. ſenſuū refrenatione. malo
rū ꝯſuetudinū expulſione. Primo dico luc
tandum eſt in domo corporis noſtri vt car
nalia eius deſideria extinguamus. Nunq̃
enim proficimus q̃diu talibꝫ adimꝫ nō ne
gamus q; vt dr̃ Eccle. Si preſtes aīe tue cō
cupiſcentias eius faciet te gaudiū inimicis
tuis. cui ꝯſonat apl's deſideria carnis nō ꝑ
ficietis. Cur hoc q; vt iterū dicit idem. Si ſe
cundum carnē vixeritis moriemini. Omis
eñ voluptas hab; penā. neceſſitas parit co
ronā vt ait ſapiens. Secundo luctandū eſt
in ſenſuum refrenatōne. vt ab omnibꝫ illici
tis refrenētur. q; vt ait Gre. Non licet intu
eri qð nō licet ꝯcupiſcere. Si eñ eua ſenſuſ
ſuos cuſtodiſſet. pomū vetitū nō ꝯmediſſet.
Si dyna filia iacob ad videndum alienige
nas nō exiſſet. Sychē eam non corrupiſſet.
hinc Bern̄. habeat fidelis homo ſenſus ſuos
exteriores nō duces ſed ſeruientes vt cu; dixe
rit huic vade ⁊ vadat ⁊ alteri veni ⁊ veniat ⁊
ſeruo ſuo fac hoc ⁊ faciat. Tercio luctandu;
eſt in male ꝯſuetudinis extinctione qð etia;
faciendum dyabolus perſuaſit Iob primo
di. Pellem pro pelle ⁊ cūcta que h; hō da
bit pro anima ſua. ac ſi dicat. Qui animā ſu
am ſaluare deſideret antiquam pelle; male
ꝯſuetudīs abiiciat ſūpta bona Bern̄. Accin
gat ſe ſpiritualis homo neceſſitatē ſibi faci
ens ꝯ neceſſitatem ꝯſuetudinē ꝯ cōſuetudi
nē donec plenā mereatur accipere delectatio
nē. Tercio luctandum eſt ꝯ laban. i. cū mū
do tamdiu cū illo concertātes quouſq; ipm
integraliter ꝯtemnamus ⁊ per oīa ſupplā
tem⁹ ⁊ ſupplātatū ꝯſternamus ſ; in ipo vt
in ceteris ꝯſiderantes ſcilicet q; non ſufficit
deficit. inficit. Nam de primo dicit ſaluator
Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mūdū
lucretur. ac ſi dicat nil. ergo nō ſufficit. imo
ſi oēs mūdi diuicie in vnū hominē ꝯfluāt nō
darēt ſufficientiam q̃m promittūt. Cui⁹ ra
tio eſt. Quia aīa cū ad imaginē dei ſit cre
ata ⁊ per ꝯſequēs capax dei nullis rebus ſa
tiari poterit niſi deo. Secundo conſideran
dum eſt ſi mundum vincere volumus q; de
ficit. Si eñ aliquid natiue bonitatis in mū
do eſſet hoc tamen ſubito euaneſceret nec po
teſt aliqualiter permanere. quia vt dicit io
han. Mundus tranſit ⁊ concupiſcentia ei⁹.
Gre. Ecce mundus qui diligitur fugit ⁊ ta
men fugientē inſequimur. labēti inheremꝰ.
et quia labentem retinere non poſſum⁹ cu;
ipſo labimur quam cadentem tenemus. q̃
ſi plene vincere vellemus eſſet per omnia
relinquendus. quod ſuadet Grego. di. nil
maligni ſpiritus in hoc mundo poſſident ꝓ
prium. Nudi ergo cum nudo luctari debe
mus. Nam qui veſtitus cum nudo luctatur
citius ad terram deiicitur quia habet vnde



teneatur. Quid autem ſunt terrena omnia
niſi quedam corporis indumenta. Qui er
go contra dyabolum ad certamē properāt ve
ſtimenta abiiciāt ne ſuccumbant. Tercio vt
mundum vincamus ꝯſideremus quia infi
cit poſt ſe trahens ſuos amatores. cum eni;
ſm̄ iohannem. Omne quod eſt in mundo
concupiſcentia ſit carnis concupiſcētia ocu
lorum aut ſuperbia vite. his tribus infectio
nibus omnes inficit amatores. vt ſint aua
ri. luxurioſi ⁊ ſuperbi ſicut ille. quia vt Ecl.
xiii. dicitur. Qui tetigerit picem inquinabi
tur ab ea ⁊ qui ꝯmunicauerit ſuperbo indu
et ſuperbiam. vnde ps. Commixti ſunt in
ter gentes ⁊ didicerunt opera eorum. et ſui
erunt ſtul. eorum ⁊ factum eſt illis inſcan.
In hoc aut ſolo obmiſſis omnibꝫ aliis mū
dum poſſumus ſupplantare. quia vt ait ia
cobus quarto. Neſcitis quia amicicia hui⁹
mundi inimica eſt deo. Quicunq; ergo vo
luerit eſſe amicus huius ſeculi inimic⁹ dei
conſtituitur. qð cernens Gre. di. Nemo po
teſt in vna eademq; re omnipotenti deo ⁊ eꝰ
hoſtibus gratus exiſtere. Nam deo amicum
ſe denegat qui eius placet inimico. et inimi
cis veritatis aduerſabitur quo eidem verita
ti ſubiugatur de hac lucta di. Bern̄. Veri lu
ctatores ſunt qui aduerſus huius ſeculi lu
ctantur illecebras. Mundum ergo meli⁹ vi
cere ⁊ ſupplantare non poſſumus niſi vt ip
ſum per omnia relinquamus. quod figura
tum legimus in predicto veteri iacob qui fu
giendo non concertando laban auunculu;
ſuum vicit. hoc ante omnia precauentes ne
ſic fugientes furemur ydola laban. id ē mū
di affectiones ⁊ imaginatōes. ipſa ſicut ra
chel ſub ſtraminibus nos ſub religioſis ve
ſtibus abſcondamus. Nam de talibus Ia
cob ſententiam mortis dedit dicens. Apud
quemcunq; deos tuos inueneris. neceť co
ram fratribus noſtris. que ſententia eſt corā
deo ⁊ ſanctis omnibus approbata. Quartū
membrū luctandi vi; cum angelo in ſermo
nem alium reſeruemus. eo ꝙ cum nobilio
rem contineat materia; diffuſius pertracta
tur ad laudem ieſu chriſti. ⁊c.

De eodem Sermo. LVII.

Iacob dilexi eſau
aūt odio habui. malach. primo di.
Ere. Ille qui certat in luctamine aliquādo
ſe ſuperiorem. aliquando vero eum cu; quo
contendit inuenit ſuperiorem. qui enim lu
ctatur nondum eſt victoriam ꝯſecutus. ſed
certat vt eū vincere valeat qui reſiſtit. Ver
ba itaq; propoſita licet de veteri iacob ſecū
dum literalem hyſtoriam dicta ſint ſm̄ mi
ſticū tn̄ ſenſum de nr̃o iacob. et ſm̄ morale;
expoſitionē pn̄t intelligi de quolibet luctato
re. Q aūt veterē iacob dilexerit patet ex eiuſ
dem ꝯbi aſſertione. alias eñ ſignificatio no
minis caderet ab effectu qð in ꝯbis dn̄i fie
ri nō poteſt. Q aūt nr̃m iacobum dilexerit.
triplici ſigno patet. ſc; ex tribulatōis multi
plicitate. ex aplatus dignitate ⁊ ſingulari fa
miliaritate. Nam de primo dr̃. Quē eñ di
ligit dn̄s corripit ⁊ q̃ſi pater in filio ſic ꝯm
placet ſibi. de ſcđo eſt ratio. Qui eñ aliū ad
ſublimē dignitatē ꝓmouet certū eſt ꝙ dili
gat eū. vnde iohan. hoc eſt preceptū meum
vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. de tercio
patet. Deus eñ iacobū pre ceteris familia
rē habuit. q; ipm ⁊ fratrē ſuū iohannē exclu
ſis aliis ſepe ad ſua ſecreta vocauit. Q etia;
quēlibet luctatorē ⁊ in tribulatōe poſitū di
ligat p; Apo. vbi dicitur Ego quos amo ar
guo ⁊ caſtigo. Cum igitur ſint duo pricipia
merēdi. actōnes vi; ⁊ paſſiones. nr̃ iacobus
imitatus ē veterē in paſſionū ſufferētia. Sic
etiā in efficacia actionē in eiſdem locis ⁊ to
nde; vicibꝫ paſſiones in vtero. patiam int⁹
exhibēs ad q̃lbet paſſionē vicens ſe. ne ali
quis motus impatie ſurgeret in corde ſuo.
Unde in act. de eo ⁊ de aliis coapl'is legiť.
Ibāt apl'i gaudentes a ꝯſpectu ꝯcilij. quo
niā digni habiti ſunt ꝓ noīe ieſu ꝯtumelia;
pati. Scđo luctādo ſupplantauit paſſiones
in domo hoc eſt in corpe malū ꝓ malo nūq̃
reddēs ⁊ ideo legitur in vita; ſua ꝙ cū eum
hermogenes perſeqretur. dixit ad philetum
vt bona pro malis ſm̄ ꝙ magiſter nr̃ nos do
cuit reddamus. abſolue eum qui te ligauit.
Tercio vicit paſſiones ⁊ perſecutōes quas a
mūdo ptulit totius mūdi malicia vilipēdēs.
Quarto luctabať cū anglo hoc ē cū ꝯtrunbo

et difficilibꝫ operibꝫ illoꝝ difficultates ſibi
applicãs. ac ſi naturaliter ſit affectus Cū eñ
omne bonū ⁊ omnē ꝟtutē ex preuaricatōne
primoꝝ parentū difficulter operamur. eaſdeꝫ
paſſiones ita vicit vt eadē oīa delectabili/
ter operetur. Et hec de ſupplantatione ſan/
cti iacobi breuiter dicta ſufficiāt. Nunc vidē
dum eſt qualiter nos paſſiones debeamus
vincere vt ⁊ nos eas ſupplantemus. et eoruꝫ
amaritudines ſub pedibus ꝯculcemus tam
diu cū eis luctātes. quouſqꝫ eas cū gaudio
ſuſtineamus. Ad quod nos idem iacobꝫ in/
ducere intendebat cum dicebat. Oīe gau/
dium exiſtimate fratres cū in varias tribu/
lationes incideritis. ¶ De hac ḡ tribu
latione. tria per ordineꝫ ꝓſequemur. primo
de tribulatōis neceſſitate. ſcdo de eius maio
ritate. tercio de luctaminis q̄litate. Primo
ergo dicendum eſt de tribulatōis neceſſita/
te. Oportet enim omnē hominē ad ſtatū ꝑ/
fectionis ꝓmouende tribulationis exerceri.
Nullus eñ vnqꝫ amicus dei effectus ē. ni/
ſi tribulationibꝫ tunderetur. Unde thobie.
xij. dixit angelus. Quia acceptus eras deo.
neceſſe fuit vt tēptatio probaret te Judith.
viij. Omnes qui placuerūt deo per multas
tribulatōes tranſierunt fideles. hinc ꝓuerb.
tercio. Quē diligit deus corripit ⁊ quaſi pa
ter in filio ꝯplacet ſibi. Sūt aūt q̄tuoꝛ cau/
ſe ꝓpter quas tribulatio neceſſaria eſt ſcilicꝫ
ꝓpter opm nroꝝ imperfectōem. dei aſſimila
tionē. ſpiritualis vite edificatōeꝫ ⁊ regni ce
leſtis aſſecutioneꝫ. Primo dico tribulatio
neceſſaria eſt ꝓpter opm noſtroruꝫ imperfe/
ctionē Cum eñ duo ſint principia merendi
ſcꝫ opatio ⁊ tribulatio. et opera noſtra pau/
ca ſint vilia ⁊ breuia vt per ea non poſſimus
ad magnū ſtatū ſanctitatis peruenire opoꝛ/
tet ſuppleri in paſſionibꝫ ꝙ minus eſt in acti
onibꝫ. vnde Eccle. vij. De negligētia expur
ga te cū paucis. qđ eſt dicere. de negligentia
opm expurga te cū paucis tribulatōibꝫ Se
cundo tribulatio eſt neceſſaria ꝓpter dei aſſi
milatōeꝫ. Tantū eñ ei ſimiles erimꝰ in ce/
lo quantū ei aſſimilabimur in terra. Adhoc
eñ induit homineꝫ vt viſibilis factus ſe no
bis ꝓponeret ī exēplū. et qꝛ tota vita ſua ple
na fuit tribulatōibꝫ. oportet nos ei aſſimila/
ri in tribulatōibꝫ. Nam vt ait aplꝯ. Si cō/
patimur ⁊ ꝯregnabimus. vnde ad magnaꝫ
ꝯmēdatōꝫ dr̄ de homine tribulato. Sap. xiiij.
Simili pena ſuus cū dño afflictus eſt. ⁊ po
pularis hō regi ſilia paſſus ē. itē Ed. xxiiij.
Ante faciē hoīs ſilitudo alterius hoīs. Un/
de ꝓ magna laude aploꝝ dr̄ Ezech. i. Siliᵗ
tudo hoīs erat in eis. ſcꝫ aplīs. hinc i iobā.
tercio. Oīs qui hꝫ hāc ſpē̄ ſanctificat ſe ſi/
cut ille ſanctus eſt. vñ bern̄. Prodeſt mihi
dñi paſſio ſi mea ſequit̄ imitatio. alioqui re
quiretur a me ſanguis ille iuſtꝰ qui effuſus
eſt ſup terrā. Tercio tribulatio eſt nc̄cia ꝓfi
cere cupiētibꝫ in ſtatū magnū ꝓpter religio/
ſe vite edificatōeꝫ. Nunqꝫ eñ vita religioſa
in hoīe edificabitur niſi caſtigatio ꝯtinuetur
ꝓpter qđ Leui. xvi. dr̄. Affligetis aīas vras
religione perpetua. Cū eñ ꝯſolatio ſpūalis
ſit fomētū ꝑ qđ vita ſpiritualis nutriat̄ nul
latenus poterit ꝯſolari qui nō fuerit tribula
tus. Sūt eñ ꝯiuga ꝙ omnē tribulatōeꝫ ſe/
quitur ꝯſolatio. vnde thobie. iij. Poſt tēpe/
ſtatē tranquillū facis ⁊ ꝑ lacrimatōꝫ ⁊ fletū
gaudiū ⁊ exultatōeꝫ infundis. hic bern̄. Diſ
ce o homo in ſpirituali exercitio duplex auxi
liū deſuꝑ ſperare. ſcꝫ correptōeꝫ ⁊ ꝯſolatōeꝫ
Altera foꝛis exercet. altera viſitat intus. illa
opatur humilitatē iſta caritatē. Trahimꝰ au
tē in ſpūalem vitā cū tēptationibꝫ ⁊ tribula
tionibꝫ exercemur. cur trimꝰ cū interius ꝯſo/
lationibꝫ ⁊ inſpirationibꝫ viſitamur. Quar
to tribulatio nc̄cia eſt ꝓpter celeſtis regni ad
eptōeꝫ. Nullus eñ ad regnū celoꝝ ⁊ ad illā
abyſſum oīm voluptatū peruenire poterit.
niſi per amaritudinē paſſionū. neqꝫ eñ ille
qui de celo venit ieſus xp̄s ad celū redire vo
luit. niſi per viā amariſſime paſſionis. vnđ
Lu. xxiiij. Nōne oportuit xp̄m pati. et ita in
trare in gloriā ſuā. ꝓpter qđ dixit diſcipulis
⁊ nobis in illis Lu. xxij. Uos eſtis qui per/
manſiſtis mecū in tēptationibꝫ meis ⁊ ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pr̄ meus
regnū. ac ſi dicat. Sicut diſpoſuit pater me/
us. vt veniēs in mūdū nō redeā in celuꝫ niſi
per viā tribulatōis. miſerie paſſionis ⁊ an/
guſtie. ſic ⁊ ego diſpono vobis vt ⁊ vos ſili/
ter veniatis ad regnū per tribulatōes. Hic
Actuū. xiiij. Quoniā ꝑ multas tribulatōes



oportet nos intrare in regnū celoꝝ. Ex his
ergo quatuoꝛ cauſis luce clarius pꝫ q̄ꝫ ne/
ceſſaria ſit tribulatio oībꝫ qui proficere cu
piunt apud deū. ¶ Secundo dicen/
dum eſt de tribulationis augmēto ⁊ maio/
ritate. ꝙ pleruꝗ ꝯtingit vt quanto maioꝛi
gratia homo a dño viſitatur tanto maioꝛi tē
ptatione tribulatur de hoc augmēto duo di
cenda ſunt. Primo de eius maioritate. Se
cundo de eius cauſalitate. Et primo ꝙ hec
maioritas ꝯtingat ⁊ ita fieri debeat tam fi/
gura q̄ꝫ ſcriptura poterit declarari. et per fi/
gurā. dicitur eñ Ezech. j. Cum eleuabātur
ſimul ⁊ rote q̄cunqꝫ ibant ſpiritus illuc eun
te ſpiritu ⁊ rote pariter eleuabātur ſequentes
eum. Quid per ſpiritū niſi ſpiritualis vita
quid per rotā. niſi tribulatio que nos rotat
accipitur. quocūqꝫ ergo vadit vita nr̄a ſpū/
alis ibi etiam vadunt rote tribulationes no
ſtre. Secundo idem per ſcripturā poterit e/
doceri. de quo iterū Ezechi. xlvij. Tranſdu/
xit me dñs per aq̄m vſqꝫ ad talos. rurſum/
qꝫ duxit me per aquas vſqꝫ ad genua. tercio
vſqꝫ ad renes. per quod nobis innuitur q̄n/
to profundius ducimur in gratiaꝫ tanto al/
tius tribulamur. Secundo dicendum eſt
đ eius augmēti cauſalitate. hoc eſt cur hoc ꝯ
tingat ⁊ ob quā cauſam. Sunt aūt tres cau
ſe. quia quāto plus hoīes deuoti in gratia ꝓ
ficiūt tanto ad ſufferendum ſunt fortiores.
ꝟtuoſiores ⁊ indigēt vt ſint cautiores. De
primo ꝙ quāto ſint fortiores ex viſitāte gra
tia tanto dñs plus apponit de tribulatione
vt vndiqꝫ meritū eis cumuletur. qꝛ ꝑua tri/
bulatio cū talibus gratijs nō ſentiretur Si
ergo debet fieri tribulatio oportet vt ꝓpt̄ foꝛ
titudinē maioꝛ fiat. vnde iob. xxviij. Aquaſ
appendit in menſura. Aquas eñ ponere in
menſura eſt tribulatōeꝫ ꝯmenſuratā fortitu
dini ponderare. hinc aplꝯ. i. Corinth. x. Fi/
delis deus qui nō patietur vos tēptari ſup̄
illud quod poteſtis. nec ex eadem fidelitate
permittit nos minus temptari. vnde quāto
maioꝛ eſt fortitudo tanto de tribulationibꝫ
plus apponit. Secundo augmētatur tribu
latio ꝓpter augmentū virtutū. et qꝛ ex viſitā
te gr̄a virtuoſiores ſunt homīes. ergo iteruꝫ
ex hac cauſa plus apponit deus quia illuſtra
tis virtutibus tribulatōnes valde nobiliter
ſufferuntur. et quanto nobilius tribulatōeſ
ſufferuntur tanto amplius merita cumulā
tur. ps. In multitudine virtutis tue menti
entur tibi inimici tui. Item math. xxvi. De
dit vnicuiqꝫ ſcḋm ꝓpriam virtutem. Naꝫ ab
ſente gratia virtutes videntur eſſe extincte
et ideo facilimo impulſu hō caderet in pec/
catū. Tercio augmentantur tribulatōes cū
homines ſunt in gratia vt cautiores reddā/
tur. Nam ex preſentia gratie homo poſſꝫ fa/
ciliter ſuperbire. Ne ergo ſupbiat foꝛis quā
doqꝫ permittitur tribulationibus impulſa/
ri. hinc Gre. Poſtq̄ꝫ deus hominem viſitat
ſubito probat illum. quia accedendo ad coꝛ
da noſtra ad virtutes prouehit ⁊ recedēdo
ꝯcuti tēptationibꝫ permittit. Si eñ poſt vir
tutū munera nulla tēptatione ꝯcutitur a ſe
habere animus ⁊ a ſemetipſo gloriatur Ut
ergo firmitatis dona habeat ⁊ humiliter ſu
am infirmitatē recognoſcat. ꝑ acceſſuꝫ gra/
tie ad alta ſuſtollitur ⁊ per receſſum quid ex
ipſo ſit probatur. Sciendum tamē ꝙ ſancti
homines harū alterationū ⁊ viciſſitudinuꝫ
experientia aſſuefacti. has tēptationes faci/
liter ſufferunt ſcientes ꝙ non ad perditionē
ſed ad emendatōeꝫ taliter alterantur. nō. n.
vt dicitur in thobia. delectatur in perditioni
bus noſtris. ſed poſt ſingulas tēptationes
gratia rediens augmētatur. vnde prouerb.
xij. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei ac
ciderit. dicens. cum ps. Paratū coꝛ meum
deus. paratum coꝛ meum. ac ſi dicat. para/
tum ad tribulatōes ſicut ad ꝯſolationes.
¶ Tercio dicendum eſt de luctaminis
qualitate. hoc eſt qualiter in tribulationibꝫ
luctari debeamus vt virtuoſe eas ⁊ ſcḋm dei
beneplacitum ſupplantemuſ hoc eſt ſub plā
tas eas viriliter ꝯculcemus. De quibꝫ ſciē
dū ꝙ totidem locis ⁊ vicibꝫ cum paſſionibꝫ
luctari oportet ſicut diximus de actione. ſ. in
vtero in domo. cum laban. i. mundo. ⁊ cuꝫ
āgelo Primo paſſiones ſufferimus in vtero
cū de ꝑfidia blaſphemia vel ſuperbi fuimus
nimis grauiter naufragamur. cum quibus
tunc viriliter luctatur ſi nūqꝫ eis in aliquo
conſentimus. vnde Bern̄. Si ſentis ⁊ non
conſentis paſſio eſt quādoqꝫ ſananda. tunc

aũt perfecte vincimus ſi hũiliter ea ſufferi-
mus ⁊ nunꝗ minus in aliquo exercitio fa-
ciamus. Scđo paſſiones ſufferimus in do-
mo hoc eſt in corpe cũ carnalib deſiderijs ⁊
quibuſlibet fedis ⁊ immũdicijs grauiter ca
laphizamur. Quas tũc viriliter ſupplanta-
mus qñ per fortiſſima exercitia corpus ma-
cramus ⁊ macrãdo maceram⁹. quouſq car-
nis immũdicia penitus extinguatur. corp⁹
peccati qđ huiuſmodi prurit⁹ excitat deſtru
atur. oĩa q̄ corpus peccati ad voluptatem
poſtulat per oĩa reſpuẽtes. vt de nobis ve-
raciter dici poſſit. illud Job. iij. Clamorem
exa ctoris nõ audit. qđ fortiſſimo indiget lu
cta mine. qꝛ vt ait yſai. A planta pedis vſq
ad verticẽ nõ eſt in nobis ſanitas. vñ berñ.
Nos ipſi geſtamus laq̄um nrm̃. nobiſcũ vbi
q circũ ferimus inimicũ noſtrũ carnẽ hanc
loquar de peccato genitã ⁊ nutritã. ſed multo
amplius praua ꝯſuetudine viciatã. nihil e-
nim purũ in corpe hoĩs inuenitur. ab intus
manat de corde exit peſtiferũ virus. ac de in-
ceps corpus occupat vniuerſum. quibus ſi
additũ denegamus ⁊ ea per ꝯtraria exerci-
cia ſupplantamus. victores erimus glorioſi
Tercio luctandum eſt cũ laban hoc eſt cum
mũdo qui grauiſſimis acculeis nos affligit.
cordib amatorũ ſuorum tres lanceas ſicut
alter ioab miſerabiliter infigẽs. ſ. cupidi-
tatẽ. vanitatẽ ⁊ voluptatẽ. de quib dic iob.
Omne quod eſt in mũdo ꝯcupiſcẽtia carnis
eſt. i. voluptas. ꝯcupiſcentia oculoꝝ. i. cupi-
ditas aut ſupbia vite. i. vanitas. q̄ tũc paſſi-
ones ſuas nobis ingerũt. quando eis forti-
ter repugnamus. Sic eñ di. berñ. Un̄ tri-
bulatio iſta niſi dum reſiſtitur ꝯtaminatiõi
ꝯcupiſcẽtie repugnatur. Si eñ voluntarie
admittuntur. iam nõ tibi tribulatiõez ingerũt
ſed potius ꝯſolationẽ. Luctamur ergo cum
his vicijs q̄diu eis reſiſtimus. ſed tũc ſup
plantamus qñ iam victa ſunt vt amplius
nõ impugnẽt. que ſi perfecte vĩcere cupim⁹.
oportet vt eoꝝ ꝯtria in nobis ꝯplantem⁹. vt
videt contra cupiditatẽ vel auariciã q̄ mũdꝰ
ingerit paupertatẽ ꝯ voluptatẽ. auſteritatẽ.
contra vanitatẽ ſiue ſupbiã plenã humilita
tẽ induamus. Que tria cũ perfecte vite nr̃e
inſederint. iã mũm perfecte ꝯtemnimus ⁊ la
ban vicim̃ per oĩa ſupplantaſſe. auxiliãte hie
ſu chriſto. LVIII. De eodez ſmo. iij.

# Jacob traductis

omnibus que ad ſe pertinebant re-
manſit ſolus. et ecce vir luctabaẛ cũ eo vſq
mane Geñ. xxxij. Dicit Gre. Juſtoꝝ vita q̄
ſi quedam forma nobis ꝓponitur imitanda
viua eñi lectio eſt vita bonoꝝ. vñ nõ imme-
rito. idem iuſti in ſacro eloquio libri noĩanẛ
Apo. xxij. vbi dr̃. Libri apti ſunt coraz eo. qꝛ ĩ
eorum vita legitur vnde debeant remunera
ri. Expeditis ergo in precedentib tribus lu
ctaminibus ſ. in vtero. in domo ⁊ cũ laban
⁊ hoc tam in actionibus q̄ in paſſionibus
nunc in duabus turmis. ſ. actionũ ⁊ paſſio
nũ meritis ditati (vt dicere poſſimus cũ ia-
cob. Jn baculo meo tranſiui iordanẽ ⁊ nũc
cum duabus turmis regredior. quod eſt di
cere Jn baculo meo hoc eſt in baculo crucis
tranſiui nudus iordanem. i. baptiſmũ ⁊ nũc
ex his luctaminib ditatus regredior cũ du-
abus turmis. ſ. meritis vt diximus actionũ
⁊ paſſionũ) ſi redire ad patriã celeſtis cupi-
mus luctamen cum angelo aggredi nos o-
portet. De hoc luctamine duo principaliter
proſequitur. Primo enim dicemus de lu-
ctaminis inſtauratione. Secundo de gratie
ſi vincimus aſſecutõe. Primũ ibi in ꝓpoſi-
to themate iacob traductis omnib ⁊c̃. Se-
cundum infra. Qui cum videret ꝙ euz ſu-
perare non poſſet ⁊c̃. Primũ adhuc in quat
tuor diuiditur. Primo enim dicemus de lu
ctaminis hilaratione. Secundo de viri expo
ſitione. Tercio de luctaminis aggreſſione.
Quarto de luctaminis perſeuerantia ſiue ꝯ
tinuatione. Primũ ibi iacob traductis oĩ
bus que ad ſe pertinebant remanſit ſolus.
ſecundum ibi et ecce vir. tercium ibi. lucta-
batur cum eo. quartum ibi. vſq mane.

O Hec omnia per ordinem proſequen-
tes. primo dicendum eſt quomodo nos de-
beamus ad luctamen preparare. Debemuſ
enim nudi cum nudo angelo aggredi hoc
certamen ⁊ ab omni quod non eſt deus vel
ad deuz ordinatum nos auertere vt ad eum
cum quo luctamine accipimus plena nos
facie ꝯuertamus. et hoc eſt ut diẛ in ꝓpoĩto
themate traductis oĩbus. hoc eſt amotiſ a ſe
oĩb q̄ ad ſe ptinebãt remãſit ſol⁹ nil ſibi de
ſuiſ omnibuſ reſeruatis Et hoc eſt quod ait
apoſtolus. i. Corinthiorum nono. Omnis
qui in agone contendit ab omnibus ſe abſti
net. et illi quidem vt corruptibilem coronaz
accipiant. nos vero incorruptam. vnde gre-
gorius. Nudi cum nudo luctari nos opor-
tet. Nam ſi veſtitus quilibet cum nudo lu-
ctatur citius ad terram deijcitur. quia habz
vnde teneatur. quid aũt ſunt terrena oĩa
niſi quedam corporis indumenta. Qui er-
go contra alium ad certamen properat ve-
ſtimenta abijciat ne ſuccumbat. Secundo
dicatur de viri expoſitione. hoc eſt quis ille
vir fuerit qui cum iacob luctabatur. Et licz
diuerſi diuerſa de hoc aſſerant. iero. glorio-
ſus tamen doctoꝝ dicit. ꝙ ſpiritualis lucta fu
erit. alij autem ꝙ fuerit corporalis. Nos au
tem hanc ambiguitatem ſimpliciter tranſe-
untes dicimus ꝙ cum deo in forma tamen
angeli luctabatur ſequentes egregiũ docto-
rem gregorium qui dicit Quis eſt iſte ange
lus niſi ille qui per ꝓphetam dicitur magni
conſilij angelus. quia eñi greca lingua euã-
gelizare denunciare dicitur. ergo ſemetipm̃
nobis denuncians deus angelus nominaẛ.
vnde idem Grego. exponens hyſtoriã que
in manibus eſt iterum di. Deſignat ḡ ange
lus qui luctabatur cum iacob deum. Jacob
autem qui cum angelo ꝯtendit vniuſcuiuſ
q perfecti viri ⁊ in contemplatione poſiti a-
nimam exprimat quia videlicz anima cũ cõ-
templari deum nititur velut in quodam cer
tamine poſita. modo quaſi ſupat quia intel
ligendo ⁊ ſentiẽdo. et de incircumſcripto lu-
mine aliquid degustat. modo vero ſuccum-
bit. quia ⁊ degustando iterum deficit. Ter-
cio dicendum eſt de luctaminis aggreſſione
de quo licet aliquid dictum ſit. hic tamen ex
preſſius exponamus. Nam de hoc cõgreſſu
dicit Gre. Cum ad parentes ꝓprios iacob
rediret in via angelum inuenit. cum quo in
luctãdo magnũ certamẽ habuit et ſubiũgit
Js enim qui certat in luctamine. aliquãdo
ſe ſuperiorez aliquando vo eũ cũ quo ꝯten
dit ſuperiorẽ inuenit. Eſt enim in cõtẽpla-
tiua vita magnanimitatis ꝯtentio cum ſeſe ꝯ-
templator per ꝯtemplatiõem ad celeſtia eri-
git. cum in rebus ſpiritualibus animũ ten-
dit. cum tranſgredi nititur omne quod cor-
ruptibile videẛ. cum ſeſe anguſtat vt dilatet
Et aliquando quidem vincit ⁊ reluctantes
tenebras ſue cecitatis exuperat. vt de incircũ
ſcripto lumine quodammodo furtim ⁊ te-
nuiter attingat. ſed tamen ad ſemetipſaz ꝓ
tinus reuerberata reuertitur. atq ab ea luce
ad quã reſpirando tranſit ad ſue cecitatis te
nebras ſuſpirando redit. Quaſi ergo vinciẛ
angelus quando intellectu intimo apprehẽ
ditur deus. quaſi etiam vincitur homo qñ
ſubtracta intima luce nolens renitenſq ad
aſſuetas tenebras redit. Quarto videnduz
de luctaminis continuatione quod notatur
in eo cum dicitur vſq mane. Non enim ceſ
ſandum eſt ab hoc ſancto exercitio ꝯtempla
tionis quouſq oriatur nobis in futura vita
ſol iuſticie xp̃s deus noſter. nec hoc intendi-
mus ꝙ in actu ꝯtemplationis aliquis vale
at perſeuerare ⁊ ineternuz aſpectuz ſine me
dio ꝯtinuare. ſed cum ſubtracta gratia con-
templatiũa defecerit. ſe recipiat in actiuã. nõ
intentione ibi manendi ſed ſe reparandi ita
vt ſi interrumpatur ꝯtemplatio. ſemꝑ tañ
ꝯtinuetur ⁊ perſeueret intentio. Quod per
Ezech. pulcre nobis innuitur vbi dicitur.
Jbant ⁊ reuertebantur. ibant in contempla
tiuam vitam. ſed quia noſtre corruptionis
pondere pregrauati. in illa diu ſtare nõ poſ-
ſumus reuertamur iterum in actiuaz. ⁊ hoc
eſt quod ait Bernnardus. ſuper predico ver-
bo di. Cum ab actiua vita ad contemplati-
onem ſurgimus. quia diu mens ſtare in cõ-
templatione non poterit. ſed omne quod de
eternitate per ſpeculum ⁊ in enigmate ꝯſpi-
cit. quaſi furtim hoc et per tranſitum videt
ipſa ſua infirmitate ab imenſitate tante cel-
ſitudinis animus repulſus in ſemetipſo re
labitur ⁊ neceſſe eſt vt ad actiuam vitam re
deat ſeſeq ipſum continue in vſum bone o-
perationis exerceat. vt cũz mens ſurgere ad
contemplanda celeſtia non valet queq bo-
na que poteſt agere non recuſet. ſic q fit vt
ipſis ſuis bonis actibus adiuta ruſum in ꝯ
templationem ſurgat ⁊ amoris paſtum de
pabulo contemplate veritatis accipiat. Jn

 

qua iterum q̄diu ſe tenere ipſa corruptiõis infirmitas non poteſt. ad bona rurſum opera rediens ſuauitatis dei memoria paſcitur. et foris pijs actibus intus vero ſanctis deſiderijs nutritur. ¶ Sequitur ſecũdum principale. ſcilicet de gratie aſſecutiõe q̄ ex preſcripta luctatione conſequimur que ibi incipit. Qui cum videret q᷑ eum ſuperare non poſſet ꝛc̃. Et hec pars quattuor gratias continet que in verbis propoſitis per ordinem ponuntur ſcilicet in nerui arefactiõe nominis impoſitione. benedictione. diuine penitentie exhibitione. Primum ibi. tetigit neruum femoris eius ꝛ ſtatĩ emarcuit. Secundum ibi nequaq̄ vocaberis vltra iacob ſed iſrael erit nomen tuum. Tercium ibi. et benedixit ei in eodem loco. Quartuꝫ ibi. ortuſq̄ eſt ei ſol poſtq̄ tranſgreſſus eſt phanuel quod interpretatur contemplans deũ vel facies dei. Eſt autem phanuel locus in quo luctabatur. ſic enim dicitur ꝛ vocauit nomẽ loci illius phanuel dicens. Vidi dominuꝫ facie ad faciem ꝛ ſalua facta eſt anima mea. Si ergo has gratias ſpiritualiter intellectũ ſ conſequi cupimus cum angelo magni conſilij id eſt cum deo luctamen congrediamur q̄ ſi vicerimus preſcriptas gratias conſeq̄mur. quod pene eiſdem verbis dicit Greg. ſic loquens Et nos ſi ad parentes proprios id eſt ad ſanctos in celo redire cupimus teneamus in via angelum vt ſuauitate intĩa apprehendamus deum. Prima ergo gratia quam deuoti homines ex hoc luctamine cõſequuntur. ſi tamen ipſi perſeuerando vicerint (vt eis dici valeat. Si contra deum fortis fuiſti quanto magis contra homines preualebis) eſt nerui contractio ꝛ per conſequẽſ eiuſdem nerui arefactio. per quod nobis innuitur q᷑ per huius luctaminis victoriam. omnis in nobis carnalitas ꝛ terrenitas extĩguitur ꝛ marceſſit vt nil talium libeat. ſed ſicut prius talia delectabat hõe ſic modo multo plus delectet carere. et hoc eſt quod dicit Bernnardus. Omnipotẽs deus cum iam per deſiderium ꝛ intellectum cognoſcitur. omnium in nobis voluptatem carnis arefacit. et qui prius quaſi duobus pedibus innitentes ꝛ deum videbamur querere ꝛ ſeculuꝫ tenere. poſt agnitionem ſuauitatis dei vnus in nobis pes tamen remaneat ſanus atq̄ alius claudicat. quia neceſſe eſt vt debilitato amore ſeculi. ſolus in nobis cõualeſcat am dei ai Si ergo tenemus angelum vno claudicemus pede. quia dum creſcit in nobis fortitudo dei amoris intimi infirmatur proculdubio carnis fortitudo. quia omnis qui claudicat vno pede ſoli innititur quẽ ſanũ habet. et cui terrenum deſiderium iam arefactũ fuit in ſolo pede amoris dei tota virtute ſe ſuſtinet ꝛ in ipſo ſtat. quia pedem amoris ſeculi quẽ ponere in terrã conſueuerat iaꝫ a terra ſuſpenſum portat. Ut ergo breuiter dicamus habemus carnis ꝛ ſeculi contemptuꝫ non refrenatum. ſed quaſi nature cõplantatum. non coactum. ſed quaſi in naturam redactum. vt quod prius fuit delectabile modo ſit abominabile et hoc eſt qđ dicit Bern̄. Spiritualis hõ corpe ſuo ſpiritualiter vtẽs affectionem ſuam quam habet animalis per vim coactam. rationalis per vim ſubactam. ſpiritualis nũquã habet illam quaſi naturaliter affectam. et vbi ille ſcilicet animalis habet eaꝫ per modum neceſſitatis ille. ſ. rationalis per modum caritatis. ille ſcilicet ſpiritualis habet eam verſam in mores. Sꝫ diceret aliquis Nũquid tales maiores ſunt paulo qui raptus in tercium celum ꝛ rediens ſuſtinuit ſtimulos carnis. Reſpondeo q᷑ licet paulus ſuſtinuit ſtimulum carnis. hoc tamen diſpenſatiue adeo permiſſum eſt vt poſt tantam gratiam in eo humilitas ſeruaretur. et ideo nõ obſtante illo ſtimulo q̃ntum fuit in eo neruus omnis carnalitatis ꝛ terrenitatis emarcuit. quia anteq̄ʒ eideꝫ ſtimulo conſenſiſſet mille prius mortibus ſuccubuiſſet. An non credis. quia non ſolũ neruus ſed totus ipſe emarcuit cum dicebat ſe mortuum. Viuo autem non ego viuit vero in me chriſtus. vnde dicebat. Jam non operor ego illud ſed quod inhabitat in me peccatum.

## LIX De eodem ſmo. IIII

Nequaquaꝫ vltra vocaberis iacob ſed iſrael erit nomẽ tuum. vt ſupra dicit aug⁹. Quiſquis habet caritatem. vt quid illum longe remittimus ꝛ videat deum. conſcientiam ſuam attendat et ibi videt deum. ¶ Expedita ergo vtcunq̄ vna gratia quam homo conſequitur poſt luctamen. ſcilicet nerui arefactione per quem omnium terrenorum ꝛ carnaliuꝫ affectum diximus emarcuiſſe. Nunc ſeruato ordine ſupra poſito dicendum eſt de nominis mutatione. Sic enim dicitur in verbo propoſito. Nequaq̄ vltra vocabis iacob ſed iſrael erit nomen tuum. ac ſi patenter dicat. Nequaq̄ vltra. id eſt in reliquum vocabis iacob. i. luctator cum vicijs ꝛ concupiſcẽtijs ſed iſrael. id eſt vir videns deum. debes de cetero appellari. Quia extinctis vicijs debẽs in reliquum vacare deo ꝛ eius mirabilia cõtemplari. queꝫ ordinem in naturis rerũ legimus prefiguratũ. Nam formica poſtq̄ diu reptando laborauit in terra tandem natura applicat ei alas. Ac ſi dicat ei natura. Neq̄q̄ vlterius reptando laborabis in terra. ſed nobiliorem ſtatum viuendi indues volitando. ſic in propoſito in eo q᷑ iacob qui luctator ſiue ſupplantator dicitur tollitur ꝛ iſrael imponitur iubetur a laborioſis operibus abſtinere ꝛ contemplatio dei que eſt mentis q̇etudo ꝛ amabilis valde dulcedo ei de cetero indicitur. in qua ſuper omnia mundi dilectabilia delectetur. Uerum quia per huiuſmodi nominis impoſitionem iubemur deũ contemplãdo ꝛ ſpeculando in reliquum videre. quomodo illud fieri poſſit ꝛ quomodo deus in hac vita videatur. vel ſi poſſibile ſit videri illud elaborandum eſt. Nam ſacra eloquia ſanctorum in hac materia ſibi videntur plurimũ diſſentire. dicitur eniꝫ Exodi. Non videbit me homo ꝛ viuet. ſic etiã moyſes dixit ad dominũ. Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis oſtende teipſm mihi. Et reſpondit dominus. Non potes videre faciem meam. non enim videbit me homo ꝛ viuet. Item iob xxviij. Abſcondita eſt ſapientia ab oculis omniũ viuentium. Item iohãnis. Deum nemo vidit vnq̄. Qui omnes in hoc conſonant q᷑ deus videri non valeat in hac vita. Cuius contrarium multis teſtimonijs edocetur. dicit enĩ Jacob Geñ. vt ſupra. Vidi dominum facie ad faciem ꝛ ſalua facta eſt anima mea. Uidit iob di. Auditu auris audiui te. nunc oculus meus videt te Uidit yſa. vi. di. Uidi dominum ſedentẽ ſuper ſolium excelſum ꝛ plena erat oĩs terra maieſtate eius. Uidit Michea. dicit. Uidi dominum ſedentem ſuper ſolium ſuuꝫ. ꝛ omnem exercitum celi aſſiſtentẽ ei a dextris ꝛ a ſiniſtris Sic patet q᷑ ſunt aliqui qui aſſerunt deum poſſe videri. et aliqui qui affirmant eum nullatenus poſſe videri. quorum controuerſiam vnus ex eis yſa. videlicet diſſoluit. dicens quid ꝛ quomodo videatur Cũ enim diceret. Uidi dominum ſedentem ꝛc̃. ſubiunxit. Et ea que ſub ipſo erant replebãt templum. Quod exponens Gregorius di. Nos templum dei ſumus. in quorum mentibus habitare dignatur. ſed ea que ſub ipſo erant replebant templum quia quicquid de illo modo conſpicitur. hoc non eſt ipſe ſꝫ ſub ipſo eſt. Ea ergo que ſub ipſo erant implet templum. quia cum mens in contemplatione profecerit. non iam quod ipſe eſt. ſed illud quod ſub ipſo eſt contemplatur. quoniam ꝛ ſi angelus apparet infirme tamen mẽtis deſiderio ſatiſfaciat. Unde quecunq̄ eius miſteria ſic raptim conſpicimus iam multum eſt q᷑ ſuper noſmetipſos leuamur vnde ſubiungit. Quid eſt q᷑ patres veteris teſtamenti deum ſe vidiſſe teſtati ſunt. cum tamẽ deum videre non poſſe alij conſtanter affirment. niſi hoc q᷑ patenter datur intelligi. quamdiu hic mortaliter viuitur videri per quaſdam ymagines deus poteſt. ſed per ipſam nature ſue ſpeciem non poteſt vt anima gratia ſpiritusſancti afflata. per figuras q̃ſdam deum videat. ſed ad ipſam vim eius eſſentie non pertingat. Quamdiu ergo in hac mortali carne viuitur nullus ita in contemplationis virtute proficit. vt in ipſo iam incircumſcripti luminis radio mentis oculos infigat. Neq̄ omnipotens deus iam in ſua claritate conſpicitur ſed quiddã ſub illa ſpeculatur. vnde anima refecta proficiat ꝛ poſt ad viſionis eius gloriã pertingat. Quid eſt ergo dicere. Anno quo mortu⁹ eſt oſias Ui. dominũ ſe. ſu. ſo. ex. et eleuatũ ꝛ plena erat oĩs terra maieſtate e⁹. et q̄ ſub ipo erãt replebãt tẽplũ. niſi q̃n mõi elatio p ſuperbũ ꝛ preſum-

ꝓtorem regem. Oſyam deſignatam a deſi/
derio mentis occiditur ⁊ moꝛitur. tunc vi/
demus dn̄m. hec eſt tūc mēs nr̄a dei gloria3
ꝯtēplatur. Q₂ aūt ſuper ſoliū excelſum ele/
uatū ſediſſe dr̄. hūanā creaturā ⁊ animā ra/
tionalem cui per intellectū deus preſidet ſig
nat iuxta illd̄ Sap̄. Aīa iuſti ſedes eſt ſapi
entie. que per dei pn̄tiā ad videndā eiꝰ glo/
riā eleuatur. ſic eñ dicit Gre. humana crea
tura ſolium excelſum ⁊ eleuatū dr̄. q₂ ad ce/
leſtē gloriā eleuata ꝑficit. Q₂ aūt ſubiungi/
tur. Et plena erat omnis terra maieſtate eꝰ
hoc intendit. ꝙ aīa ſic viſitata tanta abun
dantia gratiarū illuſtratur. ꝙ etiā in corpuſ
qd̄ eſt terra redundat. qd̄ etiā ad ſenſum ſe/
pius eſt ꝯceptū. Quid aūt ſit templu3. gre.
iterū inſinuat dicēs. Templū eius hoc ē qd̄
ſolium. quia eternus rex ibi hitat vbi ſedet
Nos ergo templum xp̄i ſumus in quoꝝ mē
tibꝰ hitare dignatur ſed ea que ſub ip̄o erāt
replebant tēplum q₂ quicquid de illo mo/
do ꝯſpicimus adhuc nō eſt ip̄e. Sic iacob
vidit angelum ⁊ vidiſſe ſe deū fatetur. quia
cū miſteria eius ꝯſpicimus iam multu3 eſt
ſuꝑ noſmetip̄os leuamur. R Verū3
q₂ nec yſa. nec grego. explicāt quid ſit illud.
qd̄ ſub ip̄o exiſtēs impleat tēplum. i. anīa3
yſa. n. ſolum dicit ꝙ ea ſub ip̄o ſunt. et gre.
exponēs hoc nil aliud dicit. niſi ꝙ ea que ſub
ip̄o erant eſt quiddā qd̄ nō eſt ip̄e. Ego āt
curioſus exploꝛatoꝛ cupiens ſcire quid ſit il
lud. in diuerſis diuerſa legi ⁊ nō inueni ab
aliquo doctoꝝ moꝛaliter explanatū. Pro/
pter qd̄ o lectoꝛ ſi ñ dedignaꝛ accipe mediū
ſenſum. niſi ⁊ tu inueneris melioꝛē. Deus
vt ait Moyſes ignis ꝯſumēs eſt. deꝰ vt ait
iohan. caritas eſt. Deus ergo ſm̄ ambos ē
ignea caritas. qui cū ad animā venerit. ip̄a3
ex ſui pn̄tia calefacit vt et ip̄a ignea caritate
ardere īcipiat. Illa ḡ inflāmata caritas q̄ ex
dī pn̄tia accidit anīe. meo iudicio ſaluo me
lioꝛi eſt illud. qd̄ yſaias vocat ſub ip̄o eſſe. et
implere templum. et quod Gre. vocat. non
eſſe id qd̄ eſt deus. Caritas ergo que afficit
anima3 ſub illa caritate eſt que eſt deus. nec
etiā eſt deus qd̄ expreſſe declarat bern̄ dicēs
Recte caritas deus ⁊ dei donū eſt. itaq3 cari
tas dat caritatē ſubſtantia accn̄talem. vbi
datē ſignat nomē eſt ſubſtantie vbi donu3
nomē qualitatis. Qd̄ ergo Bern̄ vocat. ca/
ritatē accidentale3. hoc dicit yſaias. eſſe ſub
deo ⁊ implere templum. et gre. quidda3 eſſe
qd̄ nō ſit deus. Itē deus veritas eſt ip̄o dicē
te iohā. Ego ſum via veritas ⁊ vita. qui cū
ad animā venerit ſua veritate illuſtrat anīa3
ad cognitōe3 ⁊ ſapientiā ⁊ talis illuſtratio il
luminās animā. eſt illud qd̄ Eſa. di. eē ſub
deo ⁊ implere tēplū ⁊ gre. quiddam eſſe ꝙ
nō ſit ip̄e. Similiter deus eſt dulcedo iuxta
illud Sap̄. xvi. Subſtantiā tuā ⁊ dulcedi
nē tuā quā in filios habes oſtendebas. hec
aūt dulcedo cum afficit animā ex ſui preſen
tia ad dulcoꝛē. talis dulcoꝛ eſt ſub ip̄o ⁊ non
eſt deus. primū fit a patre. ſm̄ a filio. terciu3
a ſpirituſancto. Quod adhuc per ſimilitu/
dinē poſſumus declarare. Tres virtutes ꝓ
cedunt a ſole. ſc3 vtꝰ calefactiua. illuminati
ua ⁊ fructificatiua. et nil hoꝝ eſt ſol. ſ3 ſunt
ſub ſole. dicimus tñ ꝯmuni modo loquēdi
tiã· vt qui in predictis exercitijs ſoli deo inte
rius viximus. nunc per bona exempla exteri/
us proximis luceamus. qḋ monere ſtuduit
dñs Math· v. di. Luceat lux vr̄a coram ho
minibꝫ vt videntes bona opa vr̄a glorificẽt
deũ vr̄ꝫ qui in celis eſt. nõ vt nos laudemur
ſed vt deus glorificetur· Nam ne nos laudẽ
mur. iubemur opa noſtra occultare. vt aũt
deus glorificetur iubemur ea manifeſtare.
hinc di. Gre. Sic nr̄m opus ſit in publico.
quatenus intentio maneat in occulto. vt de
bono ope noſtro proximis ꝑbeamus exẽpluꝫ
⁊ tñ per intentionẽ q̃ ſoli dẽo placere cupim⁹
ſemper optemus ſecretũ· N Hoc aũt
lumẽ boni exempli proximis nr̄is eſt tripli/
citer exhibendum vt ait Bern̄· ſcꝫ habitu· a/
ctione ⁊ ſmone. Habitu ne ſit notabilis. a/
ctione ne ſit reprehenſibilis· et ſmone ne ſit
ꝯtemptibilis. De primo di. Aug⁹. Habit⁹
noſter mores honeſtos perhibeat. diſciplinã
redoleat. maturitatẽ oſtendat nõ vt homini
bus placeamus· ſed ne ei ſcandalum ꝑbea/
mus. de ſcḋo di. Gre· Expedit vt actiões no
ſtras caute ⁊ prouide diſponamus. de tercio
Aug⁹. Sermo noſter nõ ſit inanis. ſed aut
ſuadeat· aut moneat. aut ꝯſoletur. aut edifi
cet. vel ꝙ minimũ eſt nõ ſcandaliſet. hoc ta/
men boni exempli multo nobilius eſt ⁊ pro/
ximis vtilius. q̃m ſi nõ ſcandaliſet· Hoc ta



per ſignum crucis cecos illuminaremus. qꝛ
primũ lumẽ ſanctum facit hominẽ ſed non
iſtud. nam ſicut veritas ait. math· dicent in
iudicio. Domine in nomine tuo ꝓphetaui/
mus ⁊ ſigna multa fecim⁹. Quibꝫ dicet do/
minus. Amẽ dico vobis neſcio vos. Diſce
dite a me operarij iniquitatis. Verũ qꝛ pau/
ci in his que dicta ſunt deo exhibent totum
poſſe· Ideo deus ſalutem noſtram ſitiẽs ſu/
plet ꝙ minus facimus tribulationes immit/
tendo. quas ſi virtuoſe ſufferimus adhuc e/
rimus glorioſi· Quarto ergo cũ btõ Laurẽ/
tio paſſioni demus patientiaꝫ. Ita vt quic/
quid tribulationis turbatõis· flagellatõnis
a deo vel hominibꝫ occurrerit nõ ſolum pati
enter. ſed gaudenter ꝓpter dñm ſufferamus
nec contra deum murmurãtes. nec malum
hominibꝫ ꝓ malo procurantes· ſed dicam⁹
cũ Judith. nõ vlciſcamur nos ꝓ his q̃ pati
mur. ſed reputãtes peccatis noſtris hec ipſa
minora eſſe ſupplicia flagellam dñi q̃ ſerui
qui corripimur ad emendationẽ. nõ ad ꝑ/
ditionẽ noſtrã eueniſſe credamus Sũt aũt
tres cauſe ꝓpter q̃s nõ ſolum tribulationes
ſunt patienter ſufferende. ſed ſummo deſide
rio affectãde· ſcꝫ dei p̄ñtia· liberatõis gratia
premiorum gloria. que tria tanguntur ſucci
cte in vno verſiculo cum dicitur. Cum ipſo
ſum in tribulatione. ecce primũ. eripiã eum
ecce ſcḋm. et glorificabo eũ. ecce terciũ. Pri/
mo nihil melius. ſcḋo nihil iocundius· ter/
cio nihil vtilius. Q Quinto ⁊ vltio
demus deo cũ beato laurentio animã per ſũ
mã dilectionẽ. deũ vt dignũ eſt ſumma di/
lectione diligẽtes. Summũ aũt adijcimus
ad drãm infinite ⁊ mediocris dilectionis.
Summã aũt dilectionẽ illam dicim⁹. que
per tres drãs ab alijs dilectionibꝫ inferiori/
bus ſeparatur. illam vicꝫ q̃ pugnat inſuꝑabi/
liter. guſtat inſatiabiliter. heret inſeparabili
ter. Primo ergo dico illam dilectionẽ me/
rito dicimus ſummã q̃ pugnat inſuꝑabili/
ter. nulli vnq̃ cedens q̃ntumcunq3 tumultu
anti aduerſitati. in qua ſtetit apl̄s· cũ omni
bus aduerſitatibꝫ enũeratis ſubiunxit. Sꝫ
in his omnibꝫ ſuꝑamus ꝓpter eũ qui dile/
xit nos· In illa eñ vita ꝯtẽnitur ⁊ mors de/
ſideratur. de qua di. Bern̄. Ex illa dilectõe

erũit illa fideliũ intrepida ꝯſtantia cordis
q̃ ſupplicia ꝯtẽnentes ⁊ mortẽ calcãtes. gau
dentes per medias mortis fauces ad patriã
feſtinabant. Scḋo illa dilectio guſtat inſati
abiliter. Ipſa eñi dilectio miniſtrat aĩe il/
lum cibum qui de ſe di. Qui edunt me ad/
huc eſuriẽt. quo guſtato moriuntur omnibꝫ
q̃ ſunt mũdi. Iſta eñ dilectio (vt ait Bern̄)
forti quadam violentia nõ aſſenſorijs gra/
dibꝫ· ſed inopinatis raptibꝫ vel exceſſiue
rapit animã ad ſublimia celeſtiũ ſecretorũ.
vbi ſorbillatur ⁊ guſtatur diuinũ bonum,
Tercio iſta dilectio dr̄ ideo ſumma qꝛ heret
inſeꝑabiliter· nihil vnq̃ admittẽs per qḋ ſe
parari poſſit a caritate dei. In q̃ ſtetit apl̄s
cum dicebat. Cert⁹ ſum ꝙ neq3 mors ⁊c. vſ
q3 nõ poterit nos ſeparare a caritate q̃ eſt in
xp̄o ieſu. Vnde iſta dilectio ideo inſeꝑabili
ter herere dr̄ qꝛ in vita permanet in ſanctifi/
catõem· in tranſitu in viaticũ ⁊ defenſioneꝫ
in iudicio in redemptõez ſiue defenſionẽ. in
patria in eternã ſanctificatõez. hoc totũ operã
te in nobis ⁊c.

LXIIII. De eodem·

# Laurentius bonũ

opus operatus eſt. verba ſunt eccle beati lau/
rẽtij gl̄iam ꝑconizantis. P Di. bern̄
Cũ ſponſa q̃ eſt eccia ꝟba in ſcripturis diui
nis vel alterat vel altnat. fortior eſt illa ꝯpoſi
tio q̃3 poſitio prima verborũ. Si eñ cuiuſli/
bet ſancti ꝟba in ſacra ſcriptura poſita vt pote
yſa. Jere. pauli vl̓ iohã. autẽtica accipiũtur
cur nõ magis ꝟba eccle ex illis omibꝫ tanq̃
ex mẽbris ꝯgregata ꝟba tanq̃ autẽtica reci
pentur. In ꝟbis g̃ ꝓpoſitis ſcã eccia q̃ ẽ ſpõ
ſa xp̄i ſanctũ laurentiũ ꝯmẽdat ab opibꝫ ſu
is bonis. Que ãt ⁊ q̃liter eius opa bona fu/
erint i ſmone apparuit ꝑcedẽti· Nã ex bonis
eius opibꝫ bonã gl̄iam ⁊ imarceſcibilẽ ẽ ad/
eptus. Quẽ ſi ꝓpter adeptã e⁹ gl̄iam ⁊ bona
opa volumus honorare. ſtudeam⁹ quõ ipm
in bonis ſuis opibꝫ imitemũ. vt ſi cupim⁹ ei⁹
honorẽ nõ refugiam⁹ laborẽ. Ad hoc eñ olim
fideliũ xp̄ianoꝝ dꝫ eſſe intẽtio ordinata fina
liter vt in bonis opibꝫ ſanctos quoq3 vita ad
hoc nobis ꝓponiſ imitemr̃. vt ſic ipi deũ (d̓ q̃
Geñ. i. dr̄. Vidit d̓s cũcta q̃ fecerat ⁊ erant

valde bona)ꝑ viribꝫ imitati ſunt. ſic nos q̄
ſummū exēplar ſequi nō poſſumus. ſaltim
tanq̄ꝫ minora exēplaria imitem̄. Ut ergo opa
nr̄a bona faciamus ip̄a dēmus quibuſdam
amminiculis tanq̄ꝫ ornamētis deo placenti
bus adornare. Dn̄t em̄ opa nr̄a ꝓcedere ex
operantis bonitate. pmpta voluntate. intēcio
nis ſinceritate opis difficultate. ſtudioſa vi
uacitate. feruēti caritate. et operantiū multi
plicitate. hec ornamēta opa nr̄a faciūt bona ⁊
erunt grata ⁊ accepta. nō ſolum tanq̄ꝫ bona
ſed tanq̄ꝫ optima apud deū. Primo dico ꝙ
opa nr̄a erūt bona ex operantis bonitate. hinc
veritas Lu. vi. Bonus hō de theſauro cor/
dis ſui pfert bonū. idē Non eſt arbor bona q̄
facit fructus malos. ac ſi dicat̄. Nullū opuſ
bonū fieri poteſt. niſi de hoīe bono. et tn̄ erit
opus bonū q̄ntū faciēs extat bonus. Ut̄n ſic
bona planta facit bonū ſemen ⁊ rurſum illō
bonū ſemen facit iterū bonā plantā ſi ſemīa/
tū fuerit. ſic bonus homo facit bonū opus ⁊
⁊ illud bonū opus rurſus facit hominē me/
liorē. vn̄ Aug⁹. Nihil eſt bonū niſi ex re bo
no. Itē Gre. Non placuit abel ex munere.
ſed mun⁹ ex abel. In q̄ntū ergo boni ſum⁹
corā deo. in tantū bona erūt nr̄a opa apō de/
um. Q Scōo opa nr̄a dn̄t ꝓcedere ex
pmpta voluntate. Quāto em̄ pmptior ⁊ be
niuolentior tanto erunt opa meliora. ex hac
pmpta voluntate offerebat pplꝰs deo dona/
ria. i. paralip. xxix. cū diceret dauid. Dn̄e de
us patrū nr̄oꝝ cuſtodi hāc voluntatē cordis
eoꝝ. et ſemper in tui veneratōem mēs iſta ꝑ
maneat. Quia vt ait aplꝰs. ij. Corinth. viij.
Si voluntas pmpta eſt ſm illud q̄ō hꝫ acce
pta eſt deo. qō aūt nō eſt voluntariū. non eſt
gratū dn̄o nec acceptū. Unō exo. xxxv. Dis
volūtarius ⁊ pnus aīo offerat dn̄o. q̄ꝛ a no
lentibꝫ nihil oīno acceptat̄. q̄ꝛ vt ait aplꝰs. ij
Corinth. ix. Unuſquiſq̄ꝫ ꝓut deſtinauit in
corde ſuo offerat. nō ex triſticia aut ex neceſ/
ſitate. hylarē em̄ datorē diligit deus. Nō eī
ↄſidat ds quid offerat̄. ſꝫ ex q̄nto. ſ. affectu.
Di. em̄ Gre. Cor ⁊ nō ſubſtāciā penſat de⁹.
nec ↄſiderat q̄ntū in eius ſacrificio. ſed ex q̄n
to offeratur. Ualuit nāq̄ꝫ petro ⁊ andree re/
gnū celoꝝ relīcte zachee dimidiū ſubē ſue va
luit vidue duo minuta. valuit alteri calicē

aque frigide. Regnū itaq̄ꝫ dei tm̄ valet q̄ntū
habes. valet etiā bonā voluntatē. nam ante
dei oculos nū q̄ꝫ vacua eſt manus a munere
ſi arca cordis repleta eſt bona voluntate. q̄ꝛ
vt ait Bern̄. Bona voluntas in animo ē ori
go omniū bonoꝝ ⁊ oīm mater virtutū. q̄m
qui habet ſecum. hꝫ quicquid ei ad bene vi
uendi opus eſt. ideo cuſtos aīe ſue valdō dꝫ
eſſe ſolicitus circa cuſtodiāꝫ voluntatis ſue.
vt prudenter intelligat ⁊ diſcernat quid ſit.
qō in totū vult. et ꝓpter qō vult. quicquid
aliud vult. qō aūt in totū vult ↄſiderandū
eſt ei quid illud ſit qō ſic vult. deinde q̄ntū
velit ⁊ quō velit. vtrū vſq̄ꝫ ad ↄtemptū ſui/
ip̄ius ⁊ omniū que ſunt vel eſſe pn̄t. et hec ñ
tantū ex iudicio ratōnis ſed etiam ex affectu
mētis vt iā voluntas plus q̄ꝫ voluntas ſit vꝫ
amor ſit. q̄ꝛ magna voluntas amor eſt. ſꝫ ne
magna voluntas oberret. recta indiget intē
tione que in debitū finē dirigat voluntatem
Tercio ergo opa nr̄a fieri dn̄t in recta inten
tionis ſinceritate. Eſt aūt recta ⁊ ſincera in/
tentio. vt ſingula nr̄a opa nō ad placenduꝫ
hominibꝫ. ſed ad placendum ſoli deo fidelr
faciamus. Et q̄ꝛ deuſ nobiliſſimus eſt finis
ideo cuicunq̄ꝫ opi noſtro talis finis per rcāꝫ
intentionē ponitur. erit nobile ſup̄ modum
ſic em̄ vulgariter dr̄. Si finis bonus totum
bonū. hic bern̄. Intēde ī deū ꝓpꝛ dm̄. hoc ē
vtrāq̄ꝫ faciē hr̄e pulcerrimā. i. actionē ⁊ intē
tionē. hinc veritas di. Si oculus tuus ſim
plex fuerit totū corpus tuū lucidum erit. qō
exponēs Aug⁹. di. Oculum hūc accipere de
bemus ip̄am intentionem q̄ facimus quic/
quid facimus. q̄ ſi mōa fuerit recta et illud
aſpiciat qō aſpiciendum eſt. omnia opa nr̄a
q̄ ſm eā operamur neceſſe eſt eſſe bona. Un̄
nouimus oīa opera noſtra tūc eſſe munda ⁊
placere in ↄſpectu dei ſi fiant ſimplici corde.
id eſt intentione ſuperna. q̄ omnia opera nr̄a
totū corpus appellant̄ q̄ꝛ aplꝰs membra nr̄a
dicit quedam opera. q̄ improbat ⁊ mortifi/
canda precipit di. Mortificate membra ve/
ſtra que ſunt ſuper terrā. fornicatōem. imū/
diciā. auariciā. Non ḡ quid quiſq̄ꝫ faciat. ſꝫ
quo animo ⁊ qua intentione faciat ↄſiderā
dum eſt. R Uerū q̄ꝛ nec voluntas nec
intentio approbatur ſi circa leuia ⁊ ꝓpe nīlā



exercitantur. Quarto opera noſtra operari dō
bemus cū difficultate. hoc eſt dn̄t eſſe ardua
⁊ difficilia. vt ex arduis ⁊ difficilibꝫ volun/
tas ⁊ intentio ↄgnoſcatur ſerioſa. Ad hanc
difficultatē conati ſunt oēs qui deo vnq̄ꝫ
placere cupiebant ↄſiderantes ꝙ dura ⁊ a/
ſpera ⁊ valde difficilia in dn̄o ieſu chriſto ꝑ
ceſſerunt. qui omnibꝫ ſuis electis ⁊ dilectis
di. Lu. Ego diſpono vobis ſic̄ diſpoſuit mi
hi pater meus regnū. ac ſi diceꝫ. Sicut diſ
poſuit mihi pater meus vt veniēs de celo in
hunc mōm nō niſi per dura ⁊ aſpera reuer/
tar illuc. Sic ⁊ ego diſpono vobis vt ſequa
mini veſtigia mea. Cui ↄſonat qō dr̄ in acti
bus. per multas tribulatōes oportet nos in/
troire in regnum. Qui em̄ (vt ait aplꝰs) ſunt
xp̄i carnē ſuam crucifixerunt cū vicijs ⁊ con
cupiſcentijs. Ad hec laborioſa ⁊ glorioſa ex/
ercitia hortatur nos dn̄s yſa. xxxv. di. Cōfor
tate manus diſſolutas ⁊ genua dbilia robo
rate. Qō ſi nos nō caſtigabimus deus vtiq̄ꝫ
caſtigat nos. ſi tamē ſumus de numero e/
lectoꝝ ⁊ inter filios dei ↄputari di. illud yſa
ie. Ego maius pondus apponā. Nulli ergo
electorū hic parcitur. iuxta illud aplī He. xij
Flagellat omnē filiū quē recipit. qui aūt di.
omneꝫ nihil excipit niſi eos quibus percipi
tur vt cruciētur in eternū. de quibꝫ dr̄ ꝑ yſa.
Miſerere impio. qō exponēſ Bern̄ di. Hāc
miſcōiam ego volo pater miſcōiarū. volo vt
iraſcaris mihi pater ſed ea ira qua corrigis
deuiū nō qua excludis deuia. ſic ergo electi ⁊
reprobi habent ſua diſtincta tempora ad ca
ſtigandum. di. Gre. Ideo deus hic quibuſ
dam parcit vt eos imperpetuū cruciat. ⁊ iō
hic ferit quoſdam nō parcendo vt in eternū
parcat. qō per ſile oñditur ſubiungēs. De/
ſperatis egris quicquid popoſcerint medici
dari precipiunt. et eis qui deuenī ad ſalutē
pn̄t quicquid appetūt dari contradicit. Eli/
gat ergo quiſq̄ꝫ qō voluerit. q̄ꝛ impoſſibile ē
quin altero iſtoꝝ. ſ. vel in pn̄ti vel in futuro
omnis homo duris ⁊ aſperis cōteratur. qui
ergo futuris malis ſe ſubducere deſiderat.
mala preſentia ſufferat patienter. ſi autem
mala preſentia declinare deſiderat. futura
mala expectat certius omni certo.
Quinto opera noſtra facienda ſunt ſtudio
ſa viuacitate. hoc eſt vt cum magna diligen

tia ⁊ ſummo conamine noſtra opera faciā/
mus. nam fidelis diligentia iuncta operibꝫ
plus q̄m ip̄a appreciatur. propter quod. ij.
paralip. xix. dicitur. Cum diligentia oīa
facite. ſcientes ꝙ in oculis dei placet diligē/
tia plus q̄m opus. Hec autem diligētia nō
eſt aliud niſi intenta deuotio ⁊ deuota atten
tio. Et hoc facimus quando mentem noſtrā
infigimus in id qō tunc agimus omnē eua
gationem mentis ↄſtringentes. de hac dili/
gentia ⁊ diligenti deuotione di. Bern̄. Am/
monendus eſt ſpiritualis homo quanta po
teſt puritate cordis intendere in eum cui ſa/
crificium offert ſeip̄m attendere qui offert ī
telligere quid offert ⁊ in his infigere mentē
quouſq̄ꝫ proijciat ex his lacrimas deuotōis
et tunc currit deuotio ſine labore. ſine ſudo/
re via ſua. Hec diligentia multum grata et
accepta eſt ipſi deo. ſicut eius oppoſitū mul/
tum diſplicet ipſi deo qō eſt tepiditas ⁊ ne/
gligentia. Unde qō anima in corpore. hoc ē
deuotio in opere. Quantumcunq̄ꝫ eniꝫ ali/
quid ſit de genere boni. ſi bene hoc eſt diligē
ter non agitur perdit quodammodo bonuꝫ
ſuum. vnde ad hanc deuotam diligentiam
monere voluit nos dominus Deute. cū di/
cebat. Iuſte quod iuſtum eſt exequaris. Iu
ſtum enim ē quodlibet bonū opus quod ra
tionem habet boni. quod tūc iuſte agimus
quando illud debito conamine domino ex/
hibemus. Hanc attentam deuotionem cō/
mendat apoſtolus. i. Corinth. xiiij. cum di.
In eccleſia volo quinq̄ꝫ verba loqui in ſen/
ſu meo q̄m decem milia verboruꝫ ſine intel/
lectu. ac ſi dicat. Breuis oratio cum ſenſu ad
hibito plus placet ⁊ placeat quam longa ſi
ne intellectu. vt ſi placere cupimus opera
noſtra deo offeramus ea cum libaminibus
ſicut mandatum eſt in lege captiuantes (vt
conſulit Apoſtolus ſecunde Chorinthiorū
decimo) omnem intellectum in obſequium
chriſti. quia vt dicitur Sapientie. Spiri/
tus ſanctus auffert ſe a cogitationibus que
ſunt ſine intellectu. quod exponit Bernar
dus dicens. Licet nulla cogitatio ſit ſine
intellectu. ille tamen dicuntur ſine intelle/
ctu eſſe que non habent vtilem intellectum
et ſunt vane et ocioſe cogitationes. que eti/
am preter eam intentionem fiunt. Ubi et ſi

repellere a ſe ſpiritū ſanctū nō eſt in vero co-gitantis. fit tamen ex culpa negligentie. vt ſpiritus diſcipline merito ſe auferat a cogi-tationibus indiſciplinatis. ¶ Sexto er-go opa noſtra facere debemus ex ſincera ca-ritate ſine q̄ nullum opus q̄ntūcunq̄ʒ de ge-nere boni aliqualiter acceptatur. qḋ expreſſe apl's inſinuat. i. Corinth. xiij. di. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū. caritatē aūt non habuero factus ſum tanq̄ʒ es ſonās ac cym-balum tinniēs ⁊c. In quibus verbis ꝑponit q̄tuor nobiliora exercicia que fieri pn̄t. pro-bans per locū a maiori. vt ſi hec tam nobi-lia tam ſuꝑma exercitia ſine caritatē nō va-leant. multo minus mediata ⁊ minora exer-citia valent. Quā autoritatē apli. bern̄. ex-ponēs ſic di. Caritas eſt bonū in qua nec o-pus minimū deſpicitur ſine qua nec maxi-mū acceptatur. nō predicatō ⁊ ſi linguis an-gelorū fiat. nō fides etiā ſi mōtes tranſferat. nō elemoſina etiā ſi omnes facultates in ci-bos pauperū diſtribuat. nō corpis afflictio. etiā ſi tradatur corpus vt ardeat. non miſſa-rum ſolennia q̄ ante reconciliationē fratris muneris prohibetur. Eſt enī fortis vt mors dilectio. que nihil aliud ſinit amātem cogi-tare niſi qḋ amat. qua enī parte ſibi eſſe poſ-ſit illius obliuio. qui ꝑter illos radios incir-cumſcripti luminis. preter illos riuos incor-rupte dulcedinis. quibus ineffabiliter aīaʒ influit ⁊ replet deus ⁊ amāti ſe prebere non ceſſat nihil ſentit. Integrum quippe amator dei quocūq̄ʒ ſe vertit familiarē habet ammo-nitōeʒ amoris rebus ipſis pro ſpeculo vtitur ⁊ in omni qḋ cernit ſui amatoris reſultat me-moria. Aſpicit cuncta quo ꝯdidit fine. et in his omībus nō tam ammirabilis q̄ʒ amabil' occurrit. atq̄ʒ ex arra dilectōnis quā pat⁹ tu-lit ſapienter eſtimat q̄nta reſeruauit in dotem caſtus columbinus q̄ʒ oculus amor eſt. qui in rebus humano vſui ꝯceſſis nulla libidine figitur ſed in tranſitorijs cōtēplatur eterna. Septimo opa noſtra opari debemus opā-tiū multiplicitate. hoc eſt vt omīa mēbra cor-poris ⁊ omes affectus anime mutuo ſe adiu-uēt ⁊ certatiʒ ꝯueniāt in obſequiū xp̄i. q̄ ſic̄ dr̄ in ꝓuer. xviij. Ubi frater adiuuatur a fra-tre. ibi firma eſt ciuitas. q̄ ſi fideliter ſe ad-iuuent cito proficiet bonum opus. Talis co-adiuuatio multum placet deo ſicut dr̄ Eccl. In tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo. q̄ ſunt probata corā deo ⁊ hominibus. quorum vnū eſt concordia fratrū. Si aūt hi fratres diſſentire incipiūt. omē bonū quod agitur nihil valet. ſic enī dicitur Eccle. xxxiiij. Un⁹ edificans ⁊ vnus deſtruēs. quid prodeſt ni-ſi labor. vnus orans ⁊ vnus maledicēs. cu-ius vocē exaudit deus. taliter agēs homo nō proficit. Si enī lingua orauerit. manus aūt ſpoliauerit. aut manus elemoſinā erogaue-rit ⁊ lingua blaſphemauerit quid proficiet. certe nil prohibet paulus. i. Corinth. i. Fra-tres nō ſint in vobis ſciſmata. Sic itaq̄ʒ om-nia concorditer facimus adiuuante ieſu xp̄o

## LXV. De aſſumptōe vginis glo'oſe.

# Dauid et omnis iſ-

rael deducebant arcā federis domi-ni in iubilo. para. xv ¶ Dicit Hiero. Nulli dubiū quī totū ad laudē ⁊ gloriaʒ fi-lij pertineat. quicquid digne genitrici ſue ex-hibitū fuerit. vt ergo in vna eademq̄ʒ reue-rentie exhibitione. et filium glorificemus. et matrē honoremus dignū duximus aliq̄d dicere. qḋ laudem matris ⁊ filij gloriā redo-leat. vt apud filiū meritū ⁊ apud matrē in-tercessionis grām ꝯſequamur. Propter qḋ ſciendum q̄ glorioſa vgo ⁊ mater dei ꝑpter infinitas eius prerogatiuās ⁊ excellentias que nec paucis verbis. nec figuris exprimi poterunt. multis eſt nominibus deſignata. et enigmatibus figurata. Nam propter vi-te eius ſublimitatem celum. propter grati-arum fertilitateʒ terra. propter humilitatis profunditatem mare eſt appellata. Sic ⁊ in hoc loco propter reuerentiam quam patres antiqui veteri arce exhibebant. arca eſt voca-ta. In verbis ergo propoſitis quatuor intel-ligimus. ſcilicet aſſumentis dignationem. modi ſumendi venerationem. aſſumpte per-ſone ſublimationem. omnium iſtorum ſpi-ritualem exultationem. Primum ibi dauid ⁊ omīs iſrael. ſcḋm ibi. deducebant. tercium ibi. arcam domini. quartum ibi. in iubilo. Uerum quia hec feſtiuitas ad perſonam aſſumptam. id eſt ad vginē glo'oſaʒ q̄ nobis noīe arce ꝑponitur ſolū pertinet. ideo obmiſ-ſis alijs duo dicātur de ea. ſcʒ de arce ad ma-riā ꝯparatione. ſcḋo de nr̄a ad arcā exercitatōe ¶ Dicitur aūt beata virgo arca ꝑpter q̄t-tuor ſimilitudines. ſcʒ ꝑpter celeſtis panis ꝯ-tinētia. ꝓpiciationis clemētiā. pre ceteris ex-cellentiā. obſequiorū reuerentiā. Primo di-co q̄ per arcā btā virgo ꝯuenienter accipitur ꝑpter celeſtis panis ꝯtinētiā. q̄ ſicut vetus arca celeſtē panē. māna viʒ in ſe continebat ſic btā vgo eū qui de ſeipſo di. Joh. vi. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. in ſe gerebat. Scḋo dicta eſt arca ꝑpter ꝓpiciati-onis clementiā. q̄ ſicut arca ſemper ꝯiuncta fuit ꝓpiciatorio dn̄o iubēte Exo. Pones ꝓ-piciatoriū ſuper arcam. ſic ꝓpiciatio ⁊ miſeri-cordia ſꝑ cōiuncta eſt virgini glorioſe. hinc Bern̄. Sileat miſcḋiam ⁊ laudem tuā vgo beata. qui te in ſuis neceſſitatibus inuocatam ſibi nō ſenſerit ꝓfuiſſe. et ſubiungit. Nos er-go ſeruuli tui ceteris in virtutibus tibi ꝯgau-demus. Sed in miſcḋia tua potius nobiſip-ſis. laudamus virginitatē. hūilitatē miram̄ ſed miſcḋia tua miſeris ſapit dulcius. hāc amplectimur carius. hāc crebrius īuocam⁹ Tercio btā virgo ꝑpter excellentiā arca dici-tur. q̄ ſicut antiquitus inter omīa vaſa ſan-ctuarij arca fuit excellentiſſimū atq̄ʒ digniſ-ſimū. ſic arca nr̄a glorioſa virgo inter omes puras creaturas digniſſima eſt. et hʒ in om-nibus principatū. hinc ex perſona eius dr̄ Ec-cle. xxiiij. Ego in altiſſimis habito glorioſa ſcʒ dignitate ⁊ excellentia. hinc Bern̄. Et ſi multa facta ſunt in creaturis. nihil tn̄ tam magnificū tam excellens fecerūt opus digi-ti dei. Quarto glorioſa virgo dicta eſt arca ꝑpter obſequiorū reuerentiā precipue. quia dauid ⁊ vniuerſus iſrael tria obſequia arce veteri exhibebant. q̄ etiā in hodierna feſtiui-tate deus cū omī militia celeſtis exercitus re-uerent' cum arca nr̄a exercebat. Primo eniʒ antiqui pr̄es arcā ſuā gaudenter deduxerūt. reuerēter introduxerūt. decenter locauerunt ſic̄. i. paralip. xv. exprimit' euidēter. ſic eadēʒ triplex reuerētia regine nr̄e eſt hodie exhibi-ta glo'oſe. Per dauid eī. qui manufortis dr̄. deus intelligit'. per iſrael aūt oīs exercit⁹ cele-ſtis militie accipit'. qui hodie glo'oſam arcaʒ nr̄am deduxe it. introduxerit. ⁊ glo'oſiſſime lo-cauerit. ¶ Hec tria per ordinē ꝓſequen-tes. de primo dr̄. ij. Re. vi. Dauid ⁊ vniuer-ſus iſrael ḋducebāt arcā ḋ domo obededom in ciuitatē dauid. Hec aūt vniuerſitas filio-rū iſrael qui deducebant arcā in ſeptem tur-mas erat partita. Sic enī ſubiungitur in p̄-dictis vbis vbi dr̄. erāt aūt cū dauid ſepteʒ chori. Sic noſter dauid ihūs xp̄s ⁊ vniuer-ſus iſrael. i. vniuerſus exercitus celeſtis fa-milie deducebant arcā nr̄am glo'oſam videli-cet vginē mariā de domo obedḋō. qḋ ſerui-tus interp̄tatur ſignās ecciam militantem. Erat etiā noſter dauid ſeptē turmiſ ſiue cho-ris ſtipatus viʒ anglis. pr̄iarchis. ꝓphetis. aplis. martiribus. ꝯfeſſoribus. ⁊ vginibus. cum his ſeptē choris hodierna die deducebat ar-cā iſtā dauid nr̄. Hec deductio ꝯueniēter le-gitur Heſter. i. vbi dr̄. Precepit rex aſſuer⁹ vij. eunuchis qui in ꝯſpectu eius miſtrabāt vt introducerēt reginā corā rege. poſito ſuꝑ capite eius dyademate vt oſtderet cūctis po-pulis ⁊ principibus illius pulcritudineʒ. per q̄s eunuchos p̄dicta vij. genera ſcōrū poſſūt ꝯueniēter intelligi. Qui bn̄ eunuchi voca-tur. q̄ ſicut Lu. xx. dr̄. in reſurrectōne nec nu-bēt nec nubēntur. Scḋo antiqui pr̄es arcam deductā reuerēter introduxerūt. ſic eī dr̄. i. pa-ralip̄. xv. Poſt hec ſalomō ꝯgregauit omes maiores natu filiorū iſrael ⁊ cūctos pr̄icipes tribuū ⁊ capita fāilia⁊ ḋ filijs iſrl' ī irlʒ vt ad-ducerēt arcā federis dn̄i de ciui. dḋ q̄ eſt ſy-lo. venerūt itaq̄ʒ ad regē iſrl' in die ſolēni mēſ vij. Cūq̄ʒ veniſſent cūcti ſeniores iſrl'. porta-uerūt leuite arcā ⁊ intulerūt eā ⁊ omnem paru-ram. Per hunc regem Salomoneʒ qui pa-cificus interpretatur. deus pater qui in ſua diuinitate ſemper quietus exiſtens. diſpo-nit omnia ſuauiter. qui cum omni exercitu celeſtis militie noſtram arcam reuerenter introduxit. ¶ Nec enim vacat a miſterio q̄ eandem arcam Dauid dicitur duxiſſe. et Salomon introduxiſſe. q̄ ihūs xp̄s per da-uid qui manu fortis dr̄. eſt ḋſignatus. eo q̄ in paſſione mortis forti manu ad redimen-dū genus humanū pugnauit. occurrēs ma-tri eā glorioſe deduxit. Sed deus pater per ſalomonē deſignatus. cuius ꝓprium eſt da-

re regnũ. ipſam glorioſius introduxit. Q: aũt ad patrẽ pertineat dare regnũ. aperte teſtat᷒ filiꝰ Mat. xx. vbi filijs zebedei ſtulte petentibꝰ dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicẽ quē ego bibiturus ſum? Qui reſponderũt. Poſſumus. Et r̃ndit. Calicē quidem meũ bibetis. ſedere aũt ad dexterã meã vel ad ſiniſtrã nõ eſt meũ dare vobis. ſed quibꝰ paratũ eſt a patre meo. Cui ↄcordat illud Jaco. i. cum di. Omne datũ optimũ ⁊ omne donũ perfectũ deſurſum eſt deſcendens a patre luminũ. Unde quia ſupdictũ eſt ꝙ intulerũt arcã ⁊ omnẽ paratam Z Propter quod ſciendũ ꝙ glorioſa regina hodie in regnũ celoꝝ eſt introducta cũ quadruplici apparatu. ſcʒ cũ comitatus multitudine. diuitiarum magnitudine. decoris pulcritudine. deliciarum teneritate. His q̃ttuor apparatibus glorioſa regina thalamũ ſponſi ſui eſt introducta. De comitatus autem multitudine ſatis ſuperius eſt expreſſũ. Secundo introducitur cum diuitiarũ magnitudine. non cũ talibus diuitijs que dantur hominibus in malum ſuum quas veritas vocat fallaces diuitias. ſed cum diuitijs que vere diuitie ſunt. Quarum tria ſunt genera. ſcilicet diuine meritorum. virtutum ⁊ gratiarum. quas theſaurizauit glorioſa virgo ſuper omnem puram creaturam. quia quaſlibet habuit in ſummo prout poterant in via apprehendi. de quarum copia figuratiue dicitur. iij. Regum decimo. Nõ ſunt allata vltra aromata tam multa q̃m ea que dedit regina ſabba regi ſalomoni. Hinc de his diuitijs dicitur Prouerbiorum tredecimo. Multe filie congregauerunt diuitias. tu vero ſupergreſſa es vniuerſas. Tercio glorioſa virgo eſt hodie cum decoris pulcritudine preſentata. Sic enim regine mũdi cũ veſtium decore ⁊ ornatus pulcritudine ſuis ſponſis preſentantur. Eſt autem noſtra regina cum ſeptemplici veſtimentorum ornatu celo hodie preſentata. A Ipſa enim ſicut pie creditur cum corpore ⁊ aĩa eſt aſſumpta. Habuit ergo ex corpore quattuor genera veſtimentorum. ſcilicet claritatem. impaſſibilitatem. ſubtilitatem ⁊ agilitatem. que ſunt quattuor dotes corporis. q̃s poſt generalem reſurrectionem corpora ſanctorum conſequũtur. Ex parte vero anime habet cognitionem. dilectionem. fruitionē in quibus ſeptem ornatibus tanq̃ regalibꝰ veſtibus eſt preſentata. De his enim veſtibus dicitur Ruth. Induere cultioribus veſtibus. De quo adhuc dicit ps. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. quãtum ad veſtium pulcritudinem. circundata varietate quantum ad veſtium multitudinem. Quarto glorioſa virgo eſt hodie introducta cum deliciarum teneritate. De quibꝰ ex perſona celeſtium ſpirituum ammirãdo dicitur in Canti. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum. Quis eniʒ has delitias eſtimare ſufficiat. quas in primo aſpectu filij quē non in enigmate vt in via. ſed facie ad faciẽ contemplatur anima ſua ſuſcepit. que licet teneriſſime diligeret filiũ. vidit tamen ſe victam in amando. de his dicit Bernardus. Quanta eſt hec aut vnde ei aſcendenti de deſerto tanta affluentia deliciarum. neq̃ eniʒ inueniuntur pares delitie in angelis quos i ciuitate dñi letificat fluminis impetus deliciarum. qui potãtur a vultu glorie voluptatis dei. hanc introductionem glorioſam virginis beate prefiguratam legimus. iij. Re. decimo in regina Sabba de qua dicitur Et ingreſſa ieruſalem cũ comitatu multo ⁊ diuitijs camelis portantibus aromata. et aurum infinitum nimis ⁊ gemmas precioſas. venit ad regem ſalomonem. In quibus verbis predicta quattuor. ſcilicet comitatꝰ magnitudo. diuitiarum multitudo. decoris pulcritudo. deliciarum teneritudo deſignantur. Tercio ſalomon ⁊ vniuerſus iſrael arcam veterem honorifice deductã. glorioſe introductam inter duo cherubin reuerẽtiſſime locauerunt. Sic ſalomon noſter cum omni exercitu celorum glorioſam noſtram arcã inter duo cherubin. id eſt inter diuinam ⁊ creatam naturam reuerentiſſime locauerunt. vt ſit ſub ſolo deo ⁊ filio eius ⁊ ſuper omnē angelorum ⁊ hominum creaturam. et hoc ẽ qđ dicitur. iij. Re. ij. Poſitus eſt thronus matri ſalomonis q̃ ſedet ad dexteram eius dixitq̃ ei Rex. Pete mater mi. neq̃ enim



probas eſt vt auertã faciẽ tuã. Ex quibꝰ vobis liquet. ꝙ noſtre regine thronus immediate poſitus eſt ſub deo. nõ eñ probas eſt credere ꝙ ieſus xp̃s ſue matri minorem reuerentiã exhibuerit. q̃ ſalomon ſue matri. Q: etiam ſuper omnes creaturas ſit locata oſtenditur heſter. iiij. vbi dicitur. Poſuit ſolium eius ſuper omnes principes quos habebat. B Eſt aũt noſtra regina in hoc medio. ſcʒ inter deum ⁊ creaturas collocata. ꝓpter tria. ſcʒ ꝓpter deum. ꝓpter ipſam. ꝓpter nos. Primo ꝓpter deum. i. filium eius. vt in exhibitione tante dignitatis eius. filio reuerentia exhiberetur. hinc Bern. Decuit deũ q̃ de honore parentũ edidit preceptũ. primum honorare matrẽ. vt fieret quod ſcriptũ eſt Cepit ihũs facere ⁊ docere. idcirco ipſe filius debitam reuerentiã matri exhibens ipſam preferre debuit vniuerſis. Scđo locari debuit in hoc medio ꝓpter ſeipſã. vt q̃ i hac via ⁊ vita ſup omnes viatores in meritis. virtutibꝰ ⁊ gratijs excreuit ſuper ſe ſolum filium hñs. merito in celo debuit collocari. Tercio hoc medium poſſidet propter nos. eo ꝙ in celo inter nos ⁊ deũ habeat officiũ mediatricis. ꝓpter quod in eius laudibꝰ ſepe vocatur hominis ⁊ dei mediatrix. hinc Bern. Securũ habes acceſſum o homo ad deũ vbi ante patrẽ filium. ante filiũ matrẽ habes. filius oſtendit patri vulnera. mater oſtendit filio pectus et vbera. nec vlla poteſt eſſe repulſa vbi tot caritatis concurrũt inſignia. bern. Maria mirabili proprietate medium appellatur. ad illam enim ſicut ad medium. ſicut ad negotium ſeculorum reſpiciunt. et qui habitãt in celo. et qui habitant in inferno. ⁊ qui nos p̃ceſſerunt. qui nos ſumus ⁊ qui nos ſequuntur ⁊ nati natorum ⁊ qui naſcuntur ab illis Illi qui ſunt in celo vt reſarciantur Illi qui ſunt in inferno vt eripiantur. et qui nos preceſſerunt vt fideles inueniantur. et qui nos ſumus ⁊ qui nos ſequuntur vt glorificẽtur Itẽ aduocatã premiſit peregrinatio noſtra que tanq̃ iudicis mater ⁊ mr̃ miſeric̃die ſupliciter ⁊ efficaciter ſalutis noſtre negocia pertractabit. Ipſa eſt enim mediatrix nr̃a. ipſa eſt per q̃m ſuſcepimus m̃iam tuã deus Cur aũt nobis ipſa ſit poſita mediatrix. bern. iterum oñdit di. Deus in oĩbꝰ ⁊ per oĩa ꝓuidens nobis miſeris. trepidationem noſtrã ſolatur. fidem excitat. ſpem roborat. diffidentiam abigit. puſillanimitatem erigit. Ad patrẽ verebaris accedere o peccator ſolo auditu territus ad filiũ fugias ieſum. q̃ dedit tibi mediatorẽ. Quid nõ apud talẽ patrem talis filius obtineat. exauditur vtiq̃ pro reuerentia ſua. Pater enim diligit filium. et omnia dedit in manꝰ eius. An vero trepidas ad ipm̃ accedere. frater tuus eſt. ⁊ caro tua per oĩa temptatus abſq̃ peccato vt hoc ñc os ſit ex oſſibꝰ noſtris ⁊ caro de carne nr̃a. et didicit ex his que paſſus eſt miſc̃diam. hũc tibi Maria fratrẽ dedit Sed forſitan ⁊ in ipſo maieſtatẽ vereris diuinã. ꝙ licet factꝰ ſit homo. manſit tamẽ deus aduocatũ vis hr̃e et ad ipm̃ ⁊ ad mariã recurrere. pura ſiquidem humanitas in maria eſt. nõ modo pura ab omni ↄtaminatione peccati. ſed ⁊ pura ſingularitate nature. cui ſola gratia eſt cõmendata. vtpote matri miſericordie ad q̃m nihil pertinet de rigore iuſticie. Nec dubiũ dixerim exaudiatur ⁊ ipſa pro reuerẽtia ſua Exaudiet vtiq̃ matrem filius. ⁊ exaudiet filium pater. Filioli hec eſt peccatorum ſcala hec mea maxima fiducia. hec tota ratio ſpei mee. Quid enim? Poteſt ne filius aut repellere aut ſuſtinere repulſum aut non audire aut non audiri. Neutrum plane. C Quarta cauſa predictis poteſt adijci. ꝙ idcirco in medio ſit locata vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic enim ait filius. mat. quinto. Neq̃ accendunt lucernam et ponũt eam ſub modio. ſed ſuper candelabrum. vt luceat omnibus qui in domo ſunt Bernardus. Uirgo glorioſa celos aſcendit ſupernorum ciuium gaudia copioſe (ſine dubio) cumulauit augmentis. hic Bernardus. Marie preſentia totus illuſtratur orbis adeo vt et ipſa celeſtis patria clarius rutilet virginee lampadis irradiata fulgore vt in ſingulis celeſtibus ſpiritibus ſuper proprium ſplendorem luceat in eternum. Quod taliter eſt videre. Chorus patriarcharum rutilat per virtutem fidei. chorus prophetarum per virtutem ſpei. Chorus apoſtolorum per virtutem caritatis. Deinde autem chorus

martirū per virtutē ꝯſtantie. chorus ꝯfeſſorū per virtutē abſtinētie. chorus virginū per virtutē caſtitatis. q̄ ꝓcipue celi gaudia meruerūt. Sola aūt virgo cū plenitudine oīm iſtarū virtutū venit̄ ſingulorū virtutē illuſtrat ⁊ irradiat. Ac ſi vni lumini mille lumina ſuperaddas. hinc Bern̄. Merito virgo de te plenitudo gratie predicatur. q2 nō defuit tibi fides patriarcharū ſpes ꝓphetarū. caritas apl̄oꝝ. ꝯſtantia martirū. ſobrietas confeſſorū. caſtitas virginū. fecunditas ꝯiugatorū. puritas angeloꝝ. plenitudo deitatis. ⁊ ideo fides patriarcharū ex fide marie. ſpes ꝓphetarū ex ſpe Marie. et ſic de ſingulis clarius eluceſcit. Sc̄do de nr̄a ad arcā exercitatione eſt dicendū. De qua ſciendū. ꝙ antiqui patres tria exercitia ad arcā ſuā habuerūt. Cū eni dn̄m offenderāt ad arcā fugerūt. cū deū placauerūt hoc corā arca fecerūt. et cum bellum inierūt arcā ſecū portauerūt. ſic ⁊ nos faciamus. cū deū offendimus. ad arcā fugiamus. ſic eni mandatū eſt arce noſtre. yſai. Abſconde fugientes. vagos ne perdas. Si vero penitere volumus ⁊ dn̄m placare hoc corā noſtra arca faciamus ſupplicantes. vt nos reconciliet deo. Si vero bella tēptatōis ſuſtinem⁹ in nobis corde ⁊ mente arcā nobiſcum portemus. hinc Bern̄. Si inſurgunt tēptatōm mor⁹ reſpice ſtellā voca Mariā.

LXVI. De eodem ſmo. II

# Que eſt iſta que a

ſcēdit de deſerto delitijs affluēs innixa ſuper dilectū ſuū Cant. viij di. Bern̄. Qui facit q̄d nēo facit mirant̄ homines. ergo cū glorioſa v̄go in tam ſublimi dignitate in mūdū venerit per mūdū tranſierit. de mūdo aſſumpta fuerit. ꝙ nūq̄ aliqua pura attingebat creatura. ideo angelici ſpiritus eius prerogatiuas ſingulares ꝯſiderātes ex affectu ammirationis queſierunt dicentes. Que eſt iſta que aſcendit ⁊c̄. Fecerūt autem de ea triplicē queſtionē. eo ꝙ ei⁹ mirabiles dignitates vna interrogatione non poterant explicari. quarum prima eſt. Que eſt iſta que progreditur quaſi aurora. Secūda que eſt iſta que aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi. Tercia que eſt iſta que aſcendit de deſerto delitijs affluens. Prima querit de eius ingreſſu in mundum. ſecūda querit de eius progreſſu per mundū. tercia querit de eius egreſſu de mundo. Prima q̄rit de natiuitatis eius mirabiliſſima ſanctificatione. ſecunda querit de vite eius ſanctiſſima conuerſatione. tercia querit de eius feliciſſima aſſumptione. Et hec triplex interrogatio patet per tres illas ſcʒ prepoſitiones. pro. per. de. Nam per prepoſitionē pro notatur progreſſus in mundum. per prepoſitionem vero per. notatur tranſgreſſus per mūdum. ſed per prepoſitionē de. notatur egreſſus de mundo. Et ſciendum ꝙ he tres interrogationes celeſtiū ſpiritiū non procedūt ex dubitatione ſed potius ex ammiratione. Omiſſis ergo primis duabus interrogationibus vt pote ad hoc feſtum minus pertinentibus. de tercia interrogatione que ꝓprie ad glorioſe virginis aſſumptionem pertinꝫ q̄d dominus dedit proſequamur. In cuius verbi expoſitione ne imperitia ꝫ ꝓprij ſenſus ſequar adducenda eſt beati Bern̄. expoſitio ſic dicēns. Celeſtis curie principes in conſideratione tante nouitatis non ſine admiratione clamant. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto ⁊c̄. vt ſupra. ac ſi manifeſtius dicant. Quanta eſt hec aut vnde ei aſcendenti de deſerto tanta affluentia delitiarum. Neq̄ eī inueniuntur pares delitie in nobis quos in ciuitate domini letificat fluminis impetus. qui vultu glorie potamur in torrente voluptatis inebriamur. Que eſt iſta que de ſub ſole vbi nihil eſt niſi labor ⁊ dolor ⁊ afflictio ſpiritus aſcendit. tantis delitijs affluēs ⁊ ſuperefflueus. Quorum ammirationi reſpōdet Bernnardus ſic di. Qui mirātur de terra d̄ſtra mar̄ ā aſcendere delitijs affluentē. mirentur potius pauperem chriſtum de celeſtis regni delitijs deſcendentem. Longe enim ampliori miraculo dignum videt̄ dei filium paulominus ab angelis minorari. q̄ dei matrem ſuper angelos exaltari. Amplius mirentur dei filium de celeſtis regni delitijs deſcendiſſe in paupertatem. q̄ mariam de paupertate aſcendiſſe in celeſtium diuitiarū voluptatē. ❡ Que autem ſint delicie cū q̄bꝫ glioſa v̄go d̄r aſcendiſſe. teſtatur Bern̄.



expones ita di. Quid delicias dixerim. niſi plenitudinē gratie. virtutū abundantiam. prerogatiuā glorie ſingularis. In quibꝫ verbis beata virgo de triplici genere delitiarū ꝯmendatur. ſcilicet de gratiarum plenitudine. virtutum multitudine. glorie magnitudine. Quod videtur Jero. innuere. cū di. virgo beata plena fuit gratie. plena virtutū plena deo. Licet ergo de his tribꝫ generibus delitiarū tāta fuerit abundantia in Maria vt nulla lingua etiā angelica eos valeat explicare. de his tamen aliquid dicemus ne eius laudem in ſilentio negligere videamur. et primo de eius gratijs. ſc̄do de eius virtutibus. ſaltem ſummis labijs attingamus obmutētes gloriā de qua nihil dignū poterit explicari. Licet ergo Maria plena fuerit omni genere gratiarum ꝯmendatur tamen beata v̄go a quatuor gratijs quas breuiter ꝑcurramus. Fuit eni ab omi peccato puriſſima in continua contemplatione deuotiſſima. v̄go ⁊ mater incorruptiſſima ⁊ omniū gratiarū pleniſſima. Primo dico fuit ab omi peccato puriſſima. quia nec originalis nec actualis minus aūt mortalis culpe macula reſperſa extitit aliquādo. Unde ad laudem eius puritatis d̄r Cant. Tota pulcra es amica mea et macula non eſt in te. ſ. alicuius pulueris peccatoꝝ. q̄d nulli vnq̄ ſanctoꝝ a mūdi origine eſt donatū. ꝓpter quod in ſcriptura a tribus rebꝫ mundiſſimis ꝓpter eius puritatē ꝯmendatur. ſcʒ ſole. luna. ⁊ aurora. Sol eſt clariſſimū diei. luna ſplendidiſſimū noctis aurora vero lucidiſſimū vtriuſq̄. hinc d̄ ea in cant. vi. d̄r. Que eſt iſta que progreditur q̄ſi aurora. pulcra vt luna electa vt ſol. hinc aug⁹. Ubi de peccato agitur. marie nullam fieri volo mentionē. vnde aug⁹ di. Decuit reginā virginē. al' regiam v̄ginū ſingularis priuilegio ſanctitatis abſq̄ omi peccato ducere vitā. vt dū peccati mortiſq̄ pateret peremptorē. vite ⁊ iuſticie omibꝫ obtineret largitorē. Idem puto ꝙ copioſior gratia in ipſam mariam deſcenderit ſanctificationis. q̄ nō ſolum eius ortum ſanctificauerit. ſed et vitā deinceps ab omni peccato immunē cuſtodierit. Eſt ergo intentio omniū iſtorū doctorū. ꝙ beata virgo immunis fuerit ab omi genere peccatoꝝ. q̄d ⁊ angelus inſinuatē eū cauit di. ei in ſalutatōne Aue. i. ſine ve. cū. n. ve. i. pena contra peccatū ꝓprie ordinetur. merito ſine ve eſſe debuit. que peccati puluerem nō ꝯtraxit. Tanto ergo in eius corpore ⁊ mente puritas reſplenduit. vt etiam impoſſibile eſſet eam licitis actibus matrimonij applicari. quia ſplendor diuinus ab eius mente ⁊ corpore tam virtuoſe reſplenduit vt cum ipſa eſſet pulcerrima mulierum. null⁹ vnq̄ q̄ntumcunq̄ lubricus eam poſſet concupiſcere aliquando. alias enim ſine peccato n̄ poterat permanſiſſe. ſi eius pulcritudo q̄mq̄ hominē ad ſui ꝯcupiſcentiā inclinaſſet. ❡ Secunda gratia fuit hec ꝙ in cōtinua ꝯtemplatione fuit deuotiſſima. Aſſerūt enim precones eius deuoti. ꝙ ipſa in illo deuotionis affectu fuerit ꝯtinue ad quā aliq̄ maximi ſancti raptim ⁊ ad momentū temporis rariſſime admittuntur. De qua deuotione precipua dicit Bern̄. Caro ⁊ ſanguis vas luteū q̄nto talem ⁊ tantū capiunt affectū vt diuino ebriatus amore animus oblit⁹ ſui. factuſq̄ ſibi tanq̄ vas perditū. tot⁹ pergat in deum. et adherēs deo. vnus cū eo ſpiritus efficitur ſanctū dixerim ⁊ beatū cui tale aliquid in hac vita raro interdum aut ſemel. et hoc ip̄m raptim atq̄ vnius vix momenti ſpacio experiri donatū eſt. Te eni ꝑdere quodammodo tanq̄ non ſis ⁊ omnino nō ſentire teipſum. et a teipſo exinaniri atq̄ pene anullari celeſtis eſt ꝯuerſatōis non humāe affectionis. et ſubiungit. ſic affici deificari ē. quia totum quod ſentitur diuinum eſt. cui de humana affectione nihil penitus eſt admixtum. In hoc ergo precipuo deuotiōis affectu beata virgo (ſicut pie creditur) fuiſſe ꝯtinue predicatur. cui gratie tam maxime accedit alia gratia nō minus maxima. ꝙ ex tali ſublimiſſima deuotione non fuerit mente alienata nec corpe debilitata. cum tamē aliq̄ ſancti ex eadem deuotione raptim eis facta debilitari ⁊ in extaſim rapti legant̄. vt pꝫ in illis tribus precipuis apl̄is qui ad tranſfiguratōem dn̄i in mōte corā eis factā in extaſim rapti fuerūt. ſic eīn legit̄ mat. xvij. Aſſūpſit 17
ihūs pe. ia. ⁊ io. ⁊ duxit eos in mōtē excelſū ⁊ tranſfiguratus ē añ eos ⁊c̄. vſq̄. non eniꝫ

ſciebat petrus quid diceret. Sed quomodo
fiet iſtud. q tenera puella ⁊ delicata virgo
tam excellentiſſimas ſuper omnes viatores
gratias ferre potuerit ſine extaſi ⁊ mentis ali
enatione. cū ad guttulas longe inferioris de
uotionis robuſti viri tanq̄ȝ cera liqueſcant.
Ad qd reſpōdet nō ego ſed angelus di. ma
rie. Spiritusſanctus ſupueniet in te ⁊c. qd
exponēs bern̄. di. Quid eſt virtus altiſſimi
obumbra. ti. et tmdet. Qui poteſt capere ca
piat. quis eniȝ accepta forsitan illa que hec
ſola in ſe feliciſſime meruit experiri mēte ca
pere ratione diſcernere poſſit. qualiter ſplen
dor ille inacceſſibilis virgineis ſe viſceribꝫ i
fuderit. et vt illa qd inacceſſibile eſt accede
re ⁊ ſufferre potuiſſet. de porciuncula eiuſdeȝ
corporis cui ſe cum matre ꝯtēpauit reliqueque
maſſe vmbraculum fecerit. vnde q ſola per
ſe trinitas in ſola ⁊ cū ſola virgine voluit o
perari. ſoli noſſe cui ſoli datum eſt experiri. ⁊
ſic dei virtus ⁊ dei ſapientia xp̄s in ſuo ſecre
tiſſimo ꝯſilio obumbrādo te ꝯteget ⁊ occul
tabit quatenus tibi tm̄ notus habeantur ⁊c.
ac ſi angelus tmdeat ad v̄ginē. Quid a me
requiris qd in te mox expertes ſcies ⁊ felici
ter ſcies. Sed illo doctore quo ⁊ deo aucto
re. qd totū induximus vt oſtenderemus q̄
virtute ſine corporis debilitate ⁊ mētis alie
natione tantā gratiā potuerit ꝯſuare. qꝛ q̄ d
dix duorōȝ. dedit ⁊ mētis ⁊ corpis ꝯſuatione
G Tercia gratia qua eminebat virgo ſcā
hec eſt. q mater virgo fuit incorruptiſſima.
qd nulli vnq̄ȝ donatū vel ꝯceſſum exiſtit cre
ature. Unde in laude eius ſancta canit eccle
ſia. Genuit puerpera regē cui nomē eternū
et gaudiū matris hn̄s cū virginitatis pudo
re. nec primam ſimilem viſa eſt. nec hr̄e ſe
quentē. hinc Bern̄. Si laudare voluero vir
ginitatem multe virgines offerunt regi licȝ
poſt eam Si humilitatem predicauero in
ueniuntur ⁊ alij licet pauci qui docente filio
eius facti ſunt humiles. Si magnificare vo
luero miſericordie eius viſcera. inueniūtur
⁊ aliqui viri miſericordie. quoruȝ iuſticie ob
liuionem non acceperunt. Sed vnū eſt in
quo nec primā ſimilem viſa eſt. nec habere
ſequentem. ſcilicet gaudiū matris cū virgi
nitatis honore. Q ſi adijcias Cuius mater
eſt que iam lingua etiā angelica poterit di
gnis extollere laudibus virgineȝ matrē nō
cuiuſcunq̄ȝ matrē. ſed dei. Duplex nouitas.
duplex miraculum. ſtupor ⁊ ammirabilis. ne
q̄ȝ enī dei filiū decuit alia mater q̄ȝ virgo nec
virginē alius filius q̄ȝ deus. hinc aug⁹. O
quis tribuit tante ammiratōis affectuȝ. O
quis cor noſtrū dilatet ⁊ amplificet in affe
ctū. vt tanti ſtuporis capiat magnitudinem
vt in ipſa exclamatione ammiratōis lingua
obmuteſcat. cor marceſcat. vt nec exprimere
valeat quod ſentit. nec dericere tante nouita
tis archanū. quanto eīn profundius digni
tas hec rimatur. tanto ſublimius exaltatur
Hec ē eīn gratia ſingularis ⁊ oīm grāᷓrum
excellentiſſima virginē eſſe corpe ⁊ mēte et
ꝓpoſito inuiolatā. et cū hoc eſſe matrē nō cui⁹
cunq̄ȝ de populo ſed matrē dei. H
Quarta gratia virginis beate hec eſt q ip̄a
fuit omniū grāᷓruȝ pleniſſima. hinc eſt q ex
eius perſona dicitur Eccle. xxiiij In me gra
tia omnis vie ⁊ veritatis. in me omnis ſpes vi
te ⁊ virtutis. vt nō ſolum ſibi plena eſſet in
omni genere gratiarū. ſed ⁊ haberet vn̄ tri
buat omnibus eaȝ inuocantibꝫ. ꝓpter quod
in predicto verbo ſtatim ſubiungit. Tranſi
te ad me omnes qui ꝯcupiſcitis me ⁊ a ge
nerationibꝫ meis adimplemini hinc Bern̄.
Cur in eā iam dudum plenā gratia ſpirit⁹
ſanctus ſuperuenire dicitur. niſi quia ſibi iā
dudum plena nobis fieret ſuperplena ⁊ ideo
facile moueri poterit vt effluat. Unde ratio
exigit vt vnumquodq̄ȝ vas plenū tantuȝ de
ſua plenitudine effluat. q̄ntū hoc magnū fu
erit qd immittitur. Et cum deus cuius ma
gnitudinis non eſt finis poſt plenitudinem
gratie qua iam dudum plena extitit ſuis vi
ſceribꝫ ſe infudit. Ipſa tantū gratie neceſſe
eſt vt effluat quantū ip̄e magnus eſt q̄ȝ ſuſce
pit deum. cum eternus ſit ⁊ immenſus ne
ceſſe eſt vt in gloria fluat ⁊ effluat in eternū.
hinc iterū Bern̄. di. Uere plena eſt gratia
quia de plenitudine eius accipiunt vniuer
ſi. captiuus redemptionē. triſtis ꝯſolatōem
peccator veniā. iuſtus gratiā. angelus leticiam.
filius hūane carnis ſubſtantiaȝ. deniq̄ȝ
tota trinitas gloriā. nec mediocris hec gratia
Marie. qua non ſolum ſibi eſt plena. ſed



nobis omnibꝫ ſuppleta. nobiſcū eīn hn̄ agi
tur ſi cuiuſcūq̄ȝ grē porciunculā ꝯſequemur
ſic enī ait ap⁹. Unicuiq̄ȝ noſtr̄ꝝ data eſt grā
ſm menſurā donatōis xp̄i. non ſic marie da
ta eſt porcio grāᷓꝝ: ſed ꝯſecuta eſt oēm grām
⁊ hoc in ſūmo. Jero. Ceteris per pceſ marie
vero ſe ſimul tota infudit grē plenitudo. Ce
lebrantes ḡ ei⁹ aſſumptōem clamem⁹ in ce
lū ⁊ miſerebit̄ noſtri di. Uirgo dei genitrix
ſubueni clamantibꝫ ad te iugiter. Reuertere
reuertere ſūamitis reuertere reuertere. Pri
mo dico reuertere ꝓpter naturā. Nūquid qꝛ
ita deificata es: iō noſtre hūanitatis oblita
es: nequaq̄ȝ dn̄a. Scis in q̄ diſcrimie nos
reliqͥſtis: vbi iacent miſeri tui. Tui enī ſunt
nec decet tanā miſiam tante miſerie obliuiſci.
qꝛ ⁊ ſi te ſubtrahit glīa: ſed reuocat natura.
Scdo reuertere ꝓpter potentiā. qꝛ fecit tibi
magna qui potens eſt. ⁊ data ē tibi oīs po
teſtas in celo ⁊ in terra. Quō enī illa pītās
tue pītāti poterit obuiare. q̄ de carne tua car
nis ſue ſuſcepit originē. Moueat te ḡ natu
ra. moueat potētia: qꝛ q̄nto potētior eſt tan
to miſericordior eſſe debeſ. pītāti tue cedit ad
glīam iniurias nō vlciſci cū poſſes. Reuer
tere tertio ꝓpter amorē. ſcio dn̄a qꝛ benigniſ
ſima es ⁊ amas nos amore ſuīnabili. q̄s in
te ⁊ per te filius tu⁹ ſūma caritate dilexit. q̄s
ſcit q̄ttiens refringis iraȝ iudicis cū iuſticie
virtus a pīītia deitatis egredit̄. Reuertere
q̄rto per ſingularitatē: qꝛ ſola es q̄ pre oībuſ
potes preſtante ieſu chriſto.

LXVII De eadem ſermo tertius.

# Cit omnis po

pulus qui habitat infra portas
vrbis hieruſalē: mulierē te eſſe
virtutis Ruth. iij. J Dicit bern. Ue
hemēter nobis dilectiſſimi vir vn⁹ ⁊ muli
er vna nocuerūt: ſed (grās deo) p vnū nihil
ominus virū ⁊ mulierē vnā oīa reſtaurant̄
Nec ſine magno feruore grāᷓꝝ. Neq̄ȝ eniȝ ſi
cut delictū ita ⁊ donū: ſed excedit damni eſti
mationē hn̄ficij magnitudo. Sic nimirum
prudentiſſim⁹ ⁊ clemētiſſim⁹ artifex. qd q̄ſ
ſatum fuerat nō ꝯfregit ſed refecit: vt vide
licet nobis nouū adam formaret ⁊ ex veteri
eua tranſfunderet in mariaȝ. Quia ſic eua
ex inobediētia fuit in oīe viciuȝ ꝑditis. ſic
noua eua in oīm virtutū abūdantia eſt for
mata. Expedito ḡ vno ſmone q̄liter glīoſa
virgo aſſumpta fuerit cū delicijs oīm grāᷓꝝ
nunc ſuato ordine dicendū eſt quō nihilo
minus aſſumpta fuerit in abūdantia oīm
virtutū. qd rōe ⁊ autoritatibꝫ oīdi poterit
euidēter. Ratiōe. qꝛ ſi ei virt⁹ aliq̄ defuiſſet
ex hoc ip̄a nō habuiſſet plenitudinē omniū
grāᷓꝝ. q̄ntū. n. ei defuiſſet in virtutibꝫ: tantū
minus in gratijs habuiſſet. Silr̄ hoc idem
ſacre ſcripture autoritatibꝫ pbat̄. de ea nāq̄ȝ
dicit̄ Eccl. l. q ip̄a eſt vas auri ſolidū omni
lapidē pcioſo. p oēs lapides oēs virtutes vo
lens intelligi. Q aūt addit̄ pcioſo hoc inſi
nuare voluit q eaſdeȝ oēs virtutes nō viri
liter nō mediocriter habuit: ſed in ſūmo. de
quo ⁊ ip̄a gloriat̄ Eccle. xxiiij. di. Ego in al
tiſſimis habito, ac ſi dicat. Quicq̄d in gra
tijs ⁊ virtutibꝫ actiōibꝫ ⁊ deuotiōibꝫ eſt al
tiſſimū in his eſt mea ꝯuerſatio. hinc etiaȝ
ip̄a ſub methaphora dicit̄ padiſus. de q̄ di
cit̄ Gen̄. ij. Plantauerat aūt dn̄s de⁹ para
diſum voluptatis a principio. qꝛ ſicut in pa
radiſo omne lignū pulcꝝ viſu: ⁊ ad veſcendū
ſuaue plantatū fuerat. ſic in maria oēs vir
tutes in ſupma pulcritudine ſūt plantate.
hinc bern. exponēs illud puer. ix. Sapiētia
edificauit ſibi domū. excidit colūnas ſepteȝ
di. Sapiā diuina ad nos veniēs de ſinu pa
tris edificauit ſibi domū ip̄am. ſ. mariā in q̄
ſeptē colūnas excidit. Quid ē in ea ſeptē co
lūnas excidere niſi ſibi dignū habitaculum
virtutibꝫ ⁊ opibꝫ preparare. qꝛ (vt ait Greg)
p ſeptenariū numerū vniuerſitas deſignat̄.
His ḡ pmiſſis in quibꝫ oſ̄dim⁹ q oēs vtu
tes habuerit: ⁊ hoc in ſūmo. nūc ad expoſiti
onē thematis veniam⁹: in q̄ premittit̄. Scit
oīs pplſ qui habitat infra portas vrbis mu
lierē te eſſe virtutis. ac ſi dicat̄. Scit oīs po
pulus qui p fidei deuotiōem habitat infra
portas vrbis. ſ. eccleſie. K Sciam⁹ aūt
hoc tripliciter ſcȝ p dei electionē. p ſcripture
cōmendationē: ⁊ p hn̄ficioꝝ exhibitionem
Primo dico ſcim⁹ eā eſſe mulierē virtutis
p dei electionē. Que enī inter oēs mulieres
eligit̄ mr̄ dei: neceſſe eſt vt oīm virtutū abū
dantiā poſſideat in ſupmo. vn̄ ſup illo ver

bo pſ. Elegit dñs ſyon: elegit eã in habitati
onem ſibi. di. Aug⁹. Elegit dñs ſyon. i. ma/
riã in alto omniũ virtutũ gradu poſitam: vt
per carnis habitatõem in ea habitaret quã
cũ nullatenus inhabitaret niſi in ſupremo
oẽs virtutes ⁊ grãs poſſideret. Scđo ſcitur
eſſe mulier virtutis ex ſctõꝝ pmẽdatiõe. di-
cẽte bern. Licet de virgine glõſa oẽs loqui
geſtiant quicqd tñ de indicibili dicif: eo ipſo
quo dicif min⁹ gratũ ſit ⁊ minus placeat et
minus acceptet neceſſe eſt. Tertio ſcif mu/
lier eſſe virtutis ex bñficioꝝ exhibitiõe: que
vt de oĩbꝫ taceam⁹. hoc glorioſiſſimũ mun⁹
nobis dedit deũ piter ⁊ redemptorẽ. hic eſt
ꝙ ipſa gloriaf eccl. xxiiij. Ego feci vt oriref lu
men indeficiẽs. ⁊ iterũ. Videte ꝙ nõ ſolum
mihi laboraui: ſed oĩbꝫ exquirẽtibꝫ veritatẽ
L Viſo ꝙ oẽs virtutes habuerit. omiſ
ſis omnibꝫ aliis ſolũ de tribꝫ ei⁹ virtutibuſ
diſſeramus. ſ. hũilitate. mĩa ⁊ caritate. Pri
mã habuit ſibi. ſcđaꝫ nobis. terciã deo. Pri
mo dico habuit hũilitatẽ. de q̃ gloriatur in
cantico ſuo di. Quia reſpexit hũilitatẽ ancil
le ſue: q̃ fundamẽtũ eſt omniũ virtutũ. qui
eñ vt ait gre. virtutes ceteras ſine hũilitate
ↄgregat ſic eſt ac ſi in ventũ puluerẽ portat
hinc bern. Audeo dicere ꝙ nec marie caſti/
tas placuiſſet ſi ei⁹ hũilitas ñ extitiſſet. Cuꝫ
aũt in ore duoꝝ vel triũ ſtet omne verbũ. iõ
beata virgo ſue hũilitatis teſtimoniũ cõpro
bat tribꝫ ſignis. ſ. cogitatiõe. locutiõe. ⁊ opa
tione. qđ eſt di. Glorioſa virgo ſuã hũilita/
tem his tribꝫ teſtibꝫ. ſ. cogitatiõe. locutione
⁊ ope cõpbauit. Q aũt in corde hũilitatem
habuerit ex ipſius verbis ↄgnoſcim⁹ que de
cordis ſui hũilitate deũ teſtẽ trãxit. Naꝫ cũ
tanta ei gloria vt eſſet mr̃ dei per angelũ nũ
ciabaf: cũ p elizabeth mater dñi ſalutabaf.
ipſa humilitatẽ in corde retinens angelo re/
ſpondit. Ecce ancilla dñi. ad elizabeth autẽ
dicebat. Reſpexit hũilitatẽ ancille ſue. Ac ſi
diceret. Grãm quaꝫ mihi a dño nunciatis
nõ mihi pueñit ex vite ſanctitate. nec meri
toꝝ q̃ntitate vel corpis caſtitate ſed ex cordiſ
hũilitate quã in corde habeo teſte veritate.
Nã ſ cut dicif. iij. Re. Tu de⁹ ſol⁹ noſti cor
da hoĩm. ⁊ illud. videt hõ in facie. de⁹ aũt in
tuetur cor. Quã hũilitatẽ ↄmẽdat bern. di.

Non magna virt⁹ hominẽ eſſe hũileꝫ in ab
iectiõe: ſed magna omnino ⁊ rara virt⁹ hu/
militas honorata. Scđm teſtiõm ei⁹ appa/
ruit in locutiõe. in eo ꝙ tã ſublimis. tam ſan
cta. tam ad oẽm veritatẽ illũiata. tã raro vi/
ſa eſt pf. ſermonẽ: ſed in taciturnitatiſ ſilẽ
tio ſemp hũilitas ſe abſcondit. vñ đ bern. de
eius taciturnitate di. M In omni tex
tu q̃tuor euãgelioꝝ (ſi bñ meminim⁹) ma/
riam nõ niſi q̃ter legim⁹ ꝓtuliſſe ſermoneꝫ
Primo q̃dem ad angelũ: ſed cũ iam ſemel
atqꝫ iteꝝ allocut⁹ eã fuiſſet: cũ di. Ecce ancil
la dñi: fiat mihi ſm verbũ tuũ. Scđo ad eli
zabeth cũ vox ſalutatõis ei⁹ iohãnẽ exultare
¶ Sunt autem tria propter que glorioſa hec virgo ab omnibus hominibꝫ deſtringitur: diuiditur: ⁊ etiam ſeparatur: in quibus nec primam ſimilem viſa eſt. nec habere ſequentem. ſcilicet propter gratiarū plenitudinem. virtutum pulchritudinem. meritorum multitudinē. que tria hec virgo et mater ita ſingulariter habuit vt ea nemo vnq̄ habuit nec habebit. Primo ergo dicamus de gratiarum plenitudine. Nam de ea veraciter dicitur per angelum ꝙ plena fuerit gratiarū: dicens. Aue gratia plena. Que videlicz verba cum ſint ab angelo ꝓlata: oportuit eſſe vera. quia verba angeli non poſſunt cadere ab effectu. Notabiliter autem angelus Mariam ante conceptiōem dixit plenam eſſe gratia. quia in conceptiōe filij dei ⁊ in reliquum fuit gratia ſuperplena. Fuit enim ſibi plena. nobis autem ſuperplena. De prima dicitur Eccle. xxiiij. In me omnis gratia vite ⁊ veritatis. De ſecūda dicit ibidē. Uidete quoniam non ſolum mihi laboraui: ſed omnibꝫ exquirentibus veritatem. Et ideo ſubiūgit ibidem. Tranſite ad me omnes qui cōcupiſcitis me: ⁊ a generatiōibus meis implemini. vt videlicet de ſuperplenitudine eius om̄es accipiant. De prima adhuc dicit Hieroni. Ceteris per partes Marie vero ſe tota ſimul infudit plenitudo diuinitatis. De ſecunda dicit Bernard. Maria ſinum aperit vniuerſis: vt de plenitudine eius omnes accipiāt. captiuus redemptiōem. eger conſolatiōem. peccator veniam. iuſtus gratiam. angelus leticiam. filius carnis ſubſtantiam. tota trinitas gloriam. De prima dicit Bernard. Merito de te virgo beata plenitudo gratie predicatur. quia non defuit tibi fides patriarcharum. ſpes ꝓphetarum. charitas apoſtolorum. cōſtantia martyrū. ſobrietas confeſſorū. caſtitas virginum. puritas angelorū. De ſecūda iterum Bern. Maria quia ſuperplena gratia in conceptiōe filij facta eſt: facilime potuit moueri vt ex ea liquor gratie effundatur. De vtroq̄ autem ſimul idem dicit. Ad quid Maria ante cōceptiōem plena gratia ab angelo nunciatur niſi quia dudum ſibi plena nobis fieret ſuperplena. Si enim vaſi extoto iam pleno aliqđ corpus immittitur: quantum illud magnum eſt quod immittitur: tantū eſt neceſſe effluere de ſuperpleno. Et quia in eam iam dudū plenam deus eternus dei filius in conceptiōe in vterum eius immittitur. ideo neceſſe eſt vt ſupeffluat in eternum. Et ſic patet quomō beata virgo ex plenitudine gratiarum a cōmuni ſtatu omnium hominū ſeparatur. Nam de om̄ibus nobis dicit apoſtolus. Ephe. iiij. Unicuiq̄ noſtrum data eſt gratia ſm menſuram donatiōis chriſti. Ipſa autem non vnam: ſed omnes gratias poſſidebat. ¶ Secūdo Maria ſingularis homo dicitur ꝓpter virtutū plenitudinē. quia omnes virtutes habebat ſine impulſu contrarij vitij. Noſtre em̄ virtutes ſi quas poſſidemus ſede dicūtur veraciter. quia cum impugnatione cōtrarij vitij acquirūtur. Unde eunucho vel qui ſic eſt a natura frigidus non attribuitur virtus caſtitatis. quia de contrario vitio non impugnatur. ſed illis virtus caſtitatis attribuitur. quo cum impugnantur reſiſtunt tamē vitio. et ſic plantant in corpore caſtitatem. ꝓpter quod pro magna laude dicit deus ſponſe ſue in Cantic. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Quid per lilium niſi caſtitas: quid per ſpinas niſi vitia impugnātia deſignātur. Sicut igitur roſa inter ſpinas: ſic caſtitas inter vitia creſcit. Unde philoſophꝰ. ij. Ethic. dicit ꝙ virtus tenet mediū vitiorum. Et ideo noſtre virtutes quia iuxta eas vitia ſunt dicuntur ſede. Glorioſe autem virginis virtutes dicūtur habere pulchritudinē. quia nullis vnq̄ vitijs fuerunt impugnate. quia fomes peccati de quo vitia trahūt radicem in vtero matris virginis fuit debilitatus vt non poſſet Mariam trahere in peccatū: vt potenter poſſet non peccare. Sed in conceptione filij dei ita fuit extinctus ⁊ mortificatꝰ vt non poſſet peccare. ⁊ ideo eius virtutes nulla vitia impugnabāt vt de ea proprie dici poſſit illud Cantic. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Sic etiā patet quomō ſingularis fuit ⁊ diuiſa ab om̄ibꝫ hominibꝫ in virtutum pulchritudine. ¶ Tercio ſingularis fuit beata virgo ꝓpter meritorum multitudinem. eo ꝙ ipſa ſuper om̄es puras creaturas merita cumulauit. Erant autē eius merita nobilia. magna. multa. Nobilia propter imediatiōem. magna propter duplatā operationē. multa propter continuatiōem. Primo dico merita virginis erant nobilia ꝓpter imediationem. Nam opera miſericordie que nos iubemur pauperibus exhibere: ipſa imediate in deum ipm̄ non in paupes qui ſunt mēbra eius exercebat. Ipſa em̄ deum lacte ſuo pauit ⁊ potauit. hoſpicio vteri ſui hoſpitauit ⁊ veſtiuit: dans ei corpus tanq̄ veſtimentū de carne ſua. ⁊ cetera opa miſericordie ſine medio in ipm̄ dn̄m exercebat. Secundo fuerūt merita eius magna ꝓpter duplatam opatiōem. quia ſimul ⁊ ſemel actionem ⁊ contemplatiōem feliciter exercebat. Nam in eo ꝙ nutriuit Ieſum neceſſitates corporis miniſtrādo: in hocipo intendit deo eius diuinitatem ſublimiter cōtemplando. Tercio merita eius fuerūt multa ꝓpter continuationē. quia ſine omni ceſſatiōe erat vel in exercitij labore: vel ꝓficiendi ſtudio: vel in experiētie dulcedine: vel fruendi gaudio. Ex his ergo tribus: ſcilicz gratiarum plenitudine. virtutū pulchritudine. meritorum multitudine beata virgo quidā homo merito nominatur. ¶ Sequitur ſecundū principale. ſcilicet deſcendebat ab hierlm in hiericho. In quibus verbis deſcenſiōis qualitas deſignatur. Hoc autem verbū deſcendebat ſignans motum tria nobis importat. ſcz terminum a quo. terminū ad quem. ⁊ ipm̄ motum deſcenſionis. q̄ tria in verbis huius mēbri tanguntur. Nam terminꝰ a quo per nomen hieruſalem. terminus ad quē per nomē hiericho. motus vero quo ab vno termino in aliū tranſitur per verbū deſcendebat importatur. Hec tria breuiter percurrentes: dicimus ꝙ beata virgo deſcēdebat ab hieruſalē tempore quo ab eterno a trinitate extitit ꝓordinata vt homo fieret. Erat enim in corde dei ab eterno ꝓordinata: ipſa teſtante Prouer. iij. Dominus poſſedit me initio viarū ſuarum anteq̄ quicq̄ faceret a principio. ab eterno ordinata ſum. nondū erāt abyſſi et ego iam cōcepta eram ⁊c. Ab hinc ergo deſcēdebat tempore ꝓſinito vt mater dei eligeretur. Deſcendit autem in hiericho: hoc eſt in hūc mūdum. Dicit em̄ Beda ꝙ hiericho figurā habet mundi. Interpretatur enim luna: que mutabilis eſt ſicut mundus. Et hec de duobus terminis: ſcilicz a quo ⁊ ad quem breuiter tacta ſufficiāt.

¶ De tercio autem ſcz motu deſcenſiōis ſciendū ꝙ beata virgo tribus deſcēdit gradibus. ſcilicz per natiuitatē mundiſſime puritatis. per ꝓfundum mūdiſſime humilitatis. per affectū dulciſſime benignitatis. Primo dico deſcendit in hunc mundū per natiuitatem mūdiſſime puritatis. Nunq̄ enim pura creatura in tanta mūdicia ⁊ ſanctitate nata eſt in hunc mundū ſicut ipſa. Nam in vtero matris cōcepta ſanctificata eſt per ſingularem gratiā: que originale peccatum ſubmouit ⁊ reſtrinxit fomitē vt non eam impelleret ad peccandū vt ita non potē eſſet non peccare nec venialiter: nec mortaliter. qđ nullo vnq̄ puro homini eſt collatum. Licet enim Hieremias ⁊ Iohānes baptiſta in vtero eſſent ſanctificati: poterāt tam̄ peccare venialiter vt fecerūt. Secundo deſcendit per ꝓfundiſſimā humilitatē. ita vt cū pre ratione ſacta pre om̄ibus hominibꝫ coram deo humilis appareret. De qua eius hūilitate ī aliqs eius ſermōibus inuenies multa ſcripta. Tercio deſcendit per affectū miſericordiſſime benignitatis: tantū ſupeffluēs viſceribus pietatis vt omniū hominū miſerias faceret eſſe ſuas. Si enim Paulus in infinitū inferior tanta miſericordia effluebat. vt ſe omniū hominū miſerijs conformaret: dicens. Corint. xj. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor? quis ſcandalizatur ⁊ ego non vror? Quanto magis glorioſa virgo que ipām miſericordiam que deus eſt nouē menſibus geſtabat in vtero: ſuper omnē creaturā miſericordia effluebat. Propter qđ dicit Bernard. Sileat miſericordiā tuam virgo benedicta qui eā in ſuis neceſſitatibꝫ inuocatam nō ſenſerit ꝓfuiſſe. De qua tamē eius miſericordia ī mēbro qđ ſtatim ſubiūgitur diffuſius diſſeremus. Sequitur tercium principale. ſcilicz ⁊ incidit in latrones: hoc eſt cōuerſatiōem habuit inter peccatores. Quis enim crudelior latro q̄ qui ꝑ monſtra peccata non corpus,

ſed animā3 occidit. que poſtq̄ cōmiſſa fue/
runt accuſante ꝯſciētia latitant in ſpelūca la/
tronū: cōſtringēte reatu vt non audeant le/
uare faciē ſuam ante deum. In illoꝝ mani
bus incidit mater dei: vt omnes peccatores
ſingulare ius ad ea3 habentes cōfugiāt tan/
q̄ ad eoꝝ auxiliatricē: defenſatricem: ⁊ adiu
tricem. que licet omniū angeloꝝ ⁊ hominū
ſit dn̄a ⁊ regina. ſingulariter tamē eſt mater
⁊ domina omniū peccatoꝝ. ⁊ hoc habet ex ſpe/
ciali cōmiſſo dilecti filij. q̄ dicit ei illud yſa.
xvj. Abſconde fugiētes: et vagos ne ꝓdas.
A Sunt autem tres cauſe ꝓpter quas
glorioſa mater iureiurādo tenet: obligatur:
et ſtringit̄ nobis peccatoribus miſericordiā
⁊ gratiā exhibere: vt nullo modo valeat cō/
tinere a nobis miſericordiā ⁊ ſi vellet. ſed iu
ſto dei iudicio cōuincitur oportere gratiā no
bis dare. ⁊ hoc cōtingit propter gratie inuen
tione3. maternā affectiōem. filij recōmenda
tionem. Primo dico cōuincitur gratia3 no/
bis exhibere ꝓpter ipſius gratie inuentionē.
Humanū enim genus in lapſu primoꝝ pa
rentū gratiā perdidit quā ab angelo teſtāte
ipa inuenit. Sic enim ait Luc. j. Inueniſti
gratiā apud dn̄m. Juſtum eſt autē tam in
iudicio eccleſiaſtico q̄ ciuili: vt qui rem alte
rius īuenit ei reſtituat cuius erat. Et ſic per
iuſtam ſententiā cogit̄ Maria nobis pecca/
toribus qui gratia3 perdidim⁹ reſtituere no
lit velit. Secūdo cogitur nobis peccatorib⁹
miſereri ꝓpter maternū affectu3. Nam ex eo
q̄ eius filius dignat̄ eſſe ⁊ dici frater noſter
iuxta illud p̄s. Nunciabo nomen tuū fratri/
bus meis. Ex hoc iuſta ratōe noſtra cogitur
eſſe mater. Scim⁹ autē q̄ omnis mater di
ligit filios ſuos. vn̄ ſicut Jeſus chriſtus ſm̄
diuinitatē naturalis eſt dei filius: ⁊ omnes
electi filij adoptiui. ſic a ſimili Jeſus chriſt⁹
ſm̄ humanitatem eſt naturalis filius virgi
nis matris: ⁊ nos eius filij ex materna affe
ctione. Hinc eſt q̄ Luc. j. dicit̄. Peperit fili
um ſuū primogenitū. Qui primogenit⁹ ei⁹
filius iuſto ordine dicit̄ reſpectu noſtri qui
prius filij eius ſumus. Ex hac ergo mater/
na affectōe cogitur habere curā noſtri. q2 ſci/
mus q̄ omnis mater animaliū. volucrū. ſer
pentū. ⁊ quātumcūq̄ venenoſam ⁊ morſe/
ram habeant virtutē. diligit tamen: immo co
gitur diligere fetum ſuū. Q2 ſi tam fortis eſt
natura vt omnis creatura ex virtute mater/
na cogatur velle bonū filijs ſuis multo ma/
gis diuin⁹ affectus in matre dei cogit̄ nos
amare. quia fili⁹ dei qui in miſericordia ve/
nit in vterū eius: immo qui miſericordia dici
citur ⁊ eſt: ipſa facit ei⁹ viſcera in eternū mi/
ſericordiam redolere. Hinc Bern̄. Qui po
mu3 in manu habuerit per dimidiu3 diem:
per reliquā partem diei manus redolet odo
rem. ſic a ſimili quia miſericordia que deus
eſt in eius viſceribus nouem menſib⁹ requi
euit. ideo eius viſcera odorant miſericordi/
am in eternū. B Tercio cogitur nobis
misereri ex filij recōmendatiōe. Ad hoc eni3
elegit deus filius Marie tempus et locum
aptiſſimū quo nos recōmendaret matri. hoc
eſt tempus ⁊ locū paſſionis quo dixit. Mu
lier ecce filius tuus. vt ex loco ⁊ tempe ipa3
recōmendatōem ei profundius inculcaret.
Nam nomie Johānis qui interp̄tatur gra
tia: omnes peccatores cōuerſi ad dn̄m intel
ligunt̄: quos in illo loco ⁊ tempore matri re
cōmendare voluit. vt cum ira dei iuſto eius
iudicio egrederet̄ ad puniendū ⁊ damnan/
dum peccatores: ipſa memor loci temporis
⁊ paſſiōis pro nobis affectuoſius interpella
ret. ac ſi in illa recōmendatiōe filius ei dice/
ret illud yſa. xvj. Abſcōde fugiētes ⁊ vagos
ne ꝓdas. ac ſi dicat. Uide mater oculis cor/
dis ⁊ corporis: quid: quātum: qualia ꝓ pec/
catoribus patior. ⁊ eos tibi habeas cōmēda
tos. quia lic3 multa magna valde ſit miſeri
cordia matris dn̄i ſup peccatores. maior ta
men eſt miſericordia filij: vtpote qui eſt ipa
miſericordia habens miſericordiā eſſentiali/
ter in infinitū affectuoſius cupiens nos ſal
uari q̄ damnari. ⁊ ideo matrem ſue paſſio/
ni intereſſe voluit: vt per ſuam interceſſiōe3
cui non eſt vas aliquid denegari occaſionē
habeat miſerendi. Sic enim dicit̄. iij. Reg.
ij. Poſitus eſt thron⁹ matri regis que ſedet
ad dextera3 eius. dixitq̄ rex ei. Pete mater
mi neq̄ eñ phas eſt vt auertam facie3 me/
am ⁊c̄. Ex predictis ergo tribus. ſcilic3 gra/
tie inuentione. materna dilectione. filij recō
mendatōe cogitur nobis peccatorib⁹ miſe/



ricordia3 ⁊ gratias exhibere ita ſane ſi per pe/
nitentiam ⁊ cōuerſione3 nomen Johannis
induim⁹: vt per illa ſimus iam in gratia cō
ſtituti. Neminē enim filius pendens in cru
ce recōmendauit matri niſi Johannē. inſi/
nuās per hoc vt eos peccatores qui pertina/
ci malicia in peccatis perſeuerāt: matri nul/
latenus intendit recōmendare. ſed ſolū eos
qui mutata voluntate per penitentiā ⁊ con/
uerſionem iam in gratia3 ſunt recepti prote
git ⁊ defendit ⁊ maternu3 eius affectum. vt
ab ira furoris domi in tempore malo defen/
dantur: expandit ſup illos.

LXXXIIII De exaltatōe ſancte crucis.

# Exaltaui lignum

humile. Ezechielis. xvij. Dicit
Bern̄. Quādo de bonis domi/
ni aliquid perdim⁹ duplici diſpēdio ſubia/
cemus. quia ⁊ ipſum bonū perdimus: ⁊ ad
peccatu3 ingratitudinis obligamur. Ideo
iubet nos domin⁹ Johā. vij. colligere frag/
menta ne pereāt. Et quia longe ante: hoc eſt
in feſto inuentiōis ſancte crucis triplicē cru
cem ꝓpoſuimus. nec totu3 quod ꝓpoſitū exti
tit pertractauim⁹. ideo reliquias eiuſdē ma
terie ibi dimiſſas recolligamus: ⁊ collectas
put poſſumus ꝓſequamur. Sciendū ergo
q̄ in feſto ſancte crucis inuentiōis inter alia
ibi poſita triplice3 crucem ꝓpoſuimus. qua/
rum duas vt ita dixerim ibi ꝓſecuti ſuim⁹.
nūc reſtat vt de tercia: hoc eſt de cruce domi/
ni ſermonē qui in manibus eſt ordinemus.
C Eſt itaq̄ ſciendū q̄ eſt duplex crux
vna corporalis ſiue materialis. alia ſpiritu/
alis. Corporale3 crucem domini illam dici/
mus que dulciſſimū corpus Jeſu chriſti in
paſſione ſuſtinuit. de qua cruce ſolēnizat ec/
cleſia illud. O crux aue ſpes vnica ⁊c̄. Spi/
ritualem crucem dicim⁹ in qua ſancti ⁊ qui
q̄ perfecti confixi dominū imitātur. de qua
hortatur nos dominus Math. xvj. dicens.
Qui vult venire poſt me abneget ſemeti/
pſu3 ⁊ tollat crucem ſuā. De qua apoſtolus
Galat. ij. Chriſto confixus ſum cruci. De
hac ergo duplici cruce dicit̄ verbum ꝓpoſi/
tum: ſcilicet Exaltaui lignum humile. quia
vtraq̄ prius habuit humiliatiōem ⁊ poſtea
exaltationē. Primo ergo prima3 crucem ꝓ/
ſequentes: dicimus q̄ vetus lex pronūciat
crucem humiliatā: vocans eam maledictā.
dicēs Deutro. xxj. Maledict⁹ a deo qui pen/
det in ligno. Sed noua lex ex perſona eccle/
ſie dicit eam exaltatam: vocans eam benedi
ctam Sapieñ. xiiij. Benedictum lignu3 per
quod fit iuſticia. Unde Grego. volēs oſtē/
dere venerande crucis a veteri lege maledi/
ctiōem ⁊ a noua lege benedictione3: colligit
pene omnia verba in vtraq̄ lege de cruce di
cta: ſic dicēs. Scim⁹ quia ſcriptura ſacra li/
gnu3 crucis per legem nobis pronūciat: cu3
dicit maledictus a deo qui pendet in ligno.
per ꝓphetas quoq̄ denūciat cum dicitur do
minus regnauit a ligno. per euangeliu3 do
lignu3 ſancte crucis aperte oſtendit̄ vbi ipſa
paſſio domi declaratur. per apoſtolu3 etiam
hec eadem crux verbis ⁊ operibus tenet̄ cu3
dicit. mihi abſit gloriari niſi in cruce ⁊c̄. Et
ſubiungit Grego. Lignum ergo crucis qd̄
predicat lex hoc etiam ꝓphete. ⁊ quod denū/
ciant ꝓphete hoc exhibet euangeliu3. ⁊ quod
exhibet euangeliu3 hoc predicāt apoſtoli per
vniuerſum mundu3. Patet ergo luce clari
us q̄ crux que per vetus teſtamentū humi/
liata ⁊ abominata extitit per maledictiōem: ꝑ
nouū teſtamentum eſt exaltata: glorificata:
magnificata. et hoc per benedictiōem. Et ſic
patet crucis humilitas et eius ſublimitas.
D Nūc dicendū reſtat quibus medijs
venerāda crux noſtra ſit ⁊ dicat̄ exaltata. Et
ſunt quinq̄ cauſe propter quas merito dici
tur exaltata. Primo propter contactū mem
broꝝ chriſti ⁊ ſanguinis eius cōſperſione3.
Hinc eſt q̄ in laudem crucis canit eccleſia.
Arbor decora ⁊ fulgida ornata regis purpu/
ra. Secundo exaltata eſt fidelium veneratio/
tione. quia que prius fuit ignominioſa: nūc
veneratione fideliū eſt glorioſa. ⁊ que prius
fuit dedecoris ⁊ horroris: nunc in frontibus
regum eſt decoris ⁊ honoris. Unde ſicut pri
us omnes pendētes in cruce erant maledicti
adeo vt etiam Paulus glorioſum dominū
noſtrum Jeſu3 chriſtū non veretur ſit dice/
re maledictū. Sic eni3 apoſtol⁹ ait Galat.
iij. Chriſt⁹ redemit nos de maledicto legis

factus pro nobis maledictū. Sic modo om
nes extra crucem domini .i. cruce nō ſignati:
ſunt maledicti. Tercio exaltata eſt miraculo
rum exhibitiōe: ſicut legit a petre tam in cru/
cis inuentiōe: ꝙ nunc in eius exaltatiōe. vt
ipſa crux dicere poſſit illud ps. Exaltabor in
gentibus ⁊ exaltabor in terra. Quarto exal/
tata eſt in predicatiōe. Hinc yſa. xiij. Sup
montem caliginoſum leuate ſignū exalta/
te vocem. Quinto exaltata eſt corporaliū ⁊
ſpiritualiū hoſtium deuictiōe. Hinc Criſoſ.
Dyabolus timet enſem in quo letale vulnꝰ
accepit. Et hec de veneranda cruce in qua ſal
uator mūdi ⁊ ſalus noſtra pepēdit breuiter
dicta ſufficiant. Nunc ſermo currat ad ex/
planādam crucē ſpiritualem: in qua perfe/
cti quiqꝫ cum dilecto ſuo Jeſu chriſto pen/
dent feliciter. in qua ipſū qui pro nobis cru
cifixus eſt inquantum ab homine fieri poterit
perfectiſſime imitātur. Nam hi qui medio/
criter deum imitantur pendent in cruce boni
latronis. de quibus prius .i. in feſto inuenti
onis dictū eſt. Nūc de his q̄ in ſupmo ſtatu
pfectiōis ipm imitant pēdēt etiā cū eo in ſu
prema cruce: de quibꝰ nūc exigēte ordine eſt
dicendum. vt bone voluntatis homines qui
in cruce boni latronis deum dudum imitan
tur habeāt in quo amplꝰ pficiāt ⁊ ſe exer/
ceant propter deum. vt ſi delectet perfectorū
premiū. paſſiones etiam non refugiant per
fectorum. Quia vt ait Grego. quāto perfe/
ctiores ſunt homines: tanto inueniūt quod
durius portāt. Et eſt cauſa. quia parua paſ/
ſio perfectos homines non mouet. Vt ergo
paſſio eorum mordeat: neceſſe eſt vt in pro/
ficientibus pficiat. ⁊ in magnis homini/
bus etiam paſſio fiat magna. qd in Ezechi/
ele legimus figuratū: vbi dicitur. Cum ele/
uarentur animalia: eleuabātur pariter ⁊ rote.
⁊ cum ſtantibus ſtabant. Quid per anima/
lia niſi pfecti. quid per rotas niſi tribulatio.
Quanto ergo animalia .i. perfecti eleuātur
ad perfectionem vite: tanto etiam rote .i. tri/
bulationes eleuātur ſequētes ſtatum homi
nis quātumcūqꝫ profecerit. Verum quia
dicit Auguſtinꝰ. ꝙ ſpiritualia imitātur cor/
poralia quātum liceat. E Ideo ſcien/
dū ꝙ hec crux ſpiritualis in qua pendēt per
fecti ex quattuor conſtat cornibus: quemad/
modum crux domini corporalis. Pars enī
inferior conſtat ex omniū terrenorum elon
gatione. pars ſcdo dextra ex arduorum opera
tione. pars autem ſiniſtra ex diuerſorū tri
bulatione ſiue perpeſſione. ſuperior vero pars
ex diuinorum contemplatiōe. Primo dico
ꝙ inferior pars huius crucis conſtat ex ter/
renorum elongatione. vt videlicet tam ope/
ris effectum ꝙ mentis affectum ⁊ illū ma/
xime a terrenis occupationibus eleuemus.
Qui enim cruci affigit ambo pedes p quos
affectꝰ ⁊ effectꝰ accipit a terra lōgiꝰ ſiue altꝰ
eleuātur. ſic neceſſe eſt fieri vt qui cum chri/
ſto in ſuam crucem configere ſe cupiunt: ni/
hil contingant de terrenis negocijs ex affectu.
quod monemur facere per prophetam yſa.
lj. vbi dicitur. Eleuare: eleuare. Quod bis
dicitur propter affectum ⁊ operis effectum.
Hinc dominus per Hieremiā. xv. dicit. Si
ſeparaueris precioſum a vili quaſi os meum
eris. Quid per precioſū niſi anima de qua
dicitur Sapien. vij. Infinitus theſaurꝰ eſt
hominibꝰ. qui theſaurus eſt anima. Quid
per vile niſi queqꝫ terrena accipimꝰ. de qua
terra dicit Auguſtinꝰ. Nil vilius terra dici
tur: eo ꝙ tam vilitate ꝙ veritate inferior eſt
omnibus elementis. Si ergo hoc precioſū
.i. animam affectu ⁊ effectu a terra eleuaue/
rimus: vt nil occupationis: nil conſolatio/
nis: niſi inquantū requirit noſtra neceſſi/
tas vel obedientie iuſſerit auctoritas habea/
mus vel ab ea recipiamꝰ: erimus quaſi os
dei. vt ita familiaris nobis fiat freqūter nos
viſitans ſicut nos familiares ſumus ori no
ſtro. Q. ſi vt diximus propter noſtram ne/
ceſſitatem aut precipientis auctoritatem ali/
ud cum terra agendū eſt: meliore parte no/
ſtra: hoc eſt memoria intellectu et voluntate
charitate ſemper cum domino cōuerſemur:
et eadem terrena in dominū per fidelem in/
tentionē ordinemꝰ. ita vt non illa propter
lucrū vel propter delectatiōē: ſed pure pro/
pter deum faciamus. ſic enim dicit Grego.
Ea que neceſſaria ſunt ſic nobis ſeruiant ex
terius: quatenus a ſuperne dilectionis ſtu/
dio animū non inflectant: ne luctū nobis
interne peregrinatiōis temperent: ea que in



exilio poſita ſubſidium prebent et quaſi feli/
ces nos tranſitorijs eſſe gaudeamꝰ. Hec tā
diu agentes quouſqꝫ adiuti p gratiā oīa veni
ant in contemptū. F Et notandū ꝙ
in hac terrenorū alienatione ſiue abſtracti/
one duplex paſſio nos cruciat. vna in prin/
cipio: alia in fine. Paſſio enim principij eſt
conatus abſtrahendi. miro enim modo cru/
ciat animalem hominē ⁊ nouiter incipien/
tem vt a conſuetis ſe abſtrahat. Dicit enī
Bernard. Cum inceperis triſticia implebit
cor tuum. ſcilicet preſentibus vti tanqꝫ non
vtaris. Et ſcdm apoſtolum. qui vtunt hoc
mundo ſint tanqꝫ non vtātur. hoc miro mo/
do cruciat hominem animalem. Secunda
ſcdo paſſio nos crucians tunc nos afficit cū
ſudore hominis conātis ⁊ auxilio gratie ad/
iuuantis omnia veniūt in contemptū ⁊ ni/
hil libeat in hoc mundo. ꝙ cum ad hoc ven/
tum fuerit: tunc penalia ſunt omnia q̄ ſunt
mundi. vt ſicut in principio cruciabat homi
nem alienatio: ſic nunc cruciat hominem ad
eadem inclinatio. In hoc cruciatu ſtetit apo
ſtolus cum dicebat. Mihi mundus crucifi/
xus ē ⁊ ego mūdo. Qd exponēs Bernard.
dicit. Omnia que mundus amat crux mi/
hi ſunt. ⁊ que mundus reputat crucem illis
affixus ſum. Secundum cornu huius cru/
cis dextrum ſcilicet conſiſtit in difficilium et
arduorum operatiōe. vt ſemper exercitemus
nos in his que ſunt maxime nobis contra/
ria difficilia ⁊ penalia. Talibus enim labo/
rioſis ⁊ duris operibus exhaurimꝰ ſangui/
nem noſtrū ⁊ offerimus eum deo: ſicut ipſe
chriſtus pro nobis ſanguinem ſuū fudit. Et
hoc eſt qd monebat deus Exo. dicens. Ab/
ominatiōes egyptiorum imolabitis mihi.
Dura enim ⁊ aſpera abominabilia ſunt his
qui in egypto ſecularis vite cōuerſantur. eo
ꝙ tales ea que ſcdm carnem dulcia ſunt et de
lectabilia pſequātur. dura ſcdo et aſpera abo/
minātur. De his dicitur. iij. Regū. xij. Ef/
fudit ſanguinem belli in pace. Sanguinē
enim in bello fundere eſt gladio perſecuto/
ris martyriū ſuſtinere. Sanguinem autē
belli in pace fundere eſt corporali afflictione
ſanguinem attenuare. Hinc Bernard. Ve
re martyrij genus eſt in quotidiana corporis
afflictione. Illa nimirū que ceduntur mē/
bra ferro horrore quidē mitius: ſed diutur
nitate moleſtius. Sicut enim infirmis ⁊ pu
ſillis corde neceſſe eſt vt que ſemel p chriſto
ponere non ſufficiunt: ſaltim mitiori ſed di/
uturniori martyrio ſanguinē fundant. De
his duris ⁊ aſperis laboribus monuit domi
nus cum dicebat Luc. xiij. Contendite in/
trare per anguſtam portam. Valde enī an
guſta eſt via illa: ⁊ fortiſſima indiget contē/
tione in arduis ſemper operibus laborare.
G Tercium cornu crucis ſcilicet ſiniſtrū
conſiſtit in aduerſorū perpeſſione. Qui enī
volunt configi cum chriſto in cruce: ſua ſta/
tim aderit aduerſa amariſſima. iuxta illud
yſa. lix. Qui receſſit a malo pde patuit. Et
illud Eccle. ij. Fili accedens ad ſeruitutem
dei ſta in timore ⁊ prepara animā tuam ad
temptatiōem. Quod neceſſe eſt fieri. Quis
enī vnqꝫ cruci affixus habuit requiē? Hinc
ij. Thimot. iij. dicitur. Omnes qui pie vi/
uere volunt in chriſto: neceſſe eſt vt perſecu/
tionem patiantur. Quia ſcdm apoſtolum.
ſi compatimur: ⁊ cōregnabimus. Q. ſi dixe
rit quis. Libenter me cruci chriſti affigerē:
ſed non eſt qui cruciet: ⁊ non eſt qui me cru/
cifigat. Ad quod ego. Ne timeas nec ſollici
teris. fidelis enim eſt deus. qui ſi te volun/
tarium inuenerit: non te ſinet ſine temptati
one: ſed puidebit ſibi de victima fili mi. Ar
mabit enim cōtra te omnem creaturam. q2
celum ⁊ terra ⁊ omnia que inꝰ eis ſunt cōiu/
rabunt aduerſus te. imo quod mirabiliꝰ eſt
teipſum cōtra teipſum puocabit. Sic enim
promittit nobis deus Leuiti. xxvj. Dabo vo
bis deſuper celum ferreum ⁊ terram eneam.
vt malum vndiqꝫ cinctus clames in celum:
dicēs illud Hiere. xv. Ve mihi mater mea
quid me genuiſti virū rixe: omnes maledi/
cunt mihi. vt fiat quod veritas ait Luc. xix.
Venient dies ⁊ circumdabunt te: ⁊ coangu/
ſtabunt te vndiqꝫ. et ad terram proſternent
te. Q. ſi deus (quia benignus eſt) hanc cru/
cifixionem voluerit clementius in te exerce/
re. perfice tu et age pro temetipſo. et atroci/
oribus verberibꝰ vigilijs et diſciplinis cru/
cia temetipſū. Dignū quippe eſt vt qui cōfi
git ſe xp̄o duris ſuis vulneribꝰ ſe cōformet.

M Sunt autē tria quibꝰ noſtris tempori-
bus cōcrucifigimur Jeſu chriſto. ſcilicet vel
per rerum ſubtractiōem in tenuiſſima paup-
tate. vel per corpalem afflictiōem in duriſſi-
ma infirmitate. vel per ſpiritualem tribulati-
onem cordis ⁊ anime ꝓfundiſſima anxieta-
te. In his enim tribus verſantur omnes re-
ligioſorum paſſiones. quia non habemus ali-
ud in quibus affligamur: niſi res corpus et
animā. ⁊ ideo in eiſdem tribus omnis tribu-
latio eſt incluſa. In quibꝰ ſi nobabiliter pa-
ti volumus: cōformemus nos domino. vt ſi-
cut ipſe ſuam paſſionē pertulit: ſic et nos ſi-
mili modo patiamur. Pertulit autē domi-
nus ſuam paſſionē vt de omnibus pauca ſu-
mamus tripliciter. ſcilicꝫ innocēter. ſilēter.
amanter. Nam de ſua innocentia inimicus
eius pylatus teſtimoniū protulit: dic. Ego
nullam cauſam mortis inuenio in homine
iſto. yſa. liij. Propter ſcelus populi mei per-
cuſſi euꝫ: eo ꝙ iniquitatē non fecerit: nec do-
lus inuētus ſit in ore eius. De ſecundo ſci-
licꝫ ſilentio dicit yſa. liij. Oblatꝰ eſt quia ipſe
voluit ⁊ non apuit os ſuuꝫ. ſicut ouis ad oc
ciſionem ducet. ⁊ quaſi agnus coram tondē
te obmuteſcet: ⁊ non aperuit os ſuū. De ter-
cio ſcilicꝫ amore certum ſignuꝫ eſt. quia pro
crucifixoribꝰ patrem orauit. Unde yſa. vt ſu-
pra. Ipſe peccata multorū tulit: ⁊ pro tranſ-
greſſoribus rogauit. Nam in paſſione poſi-
tus dixit. Pater ignoſce illis quia neſciunt
quid faciūt. Et doctores ſcribūt ꝙ ex virtu-
te huius oratōis multi de crucifixoribꝰ ſunt
cōuerſi I Qui ergo i hac audacia ſan
cta ꝯfigere ſe cupit domīo: debet ⁊ ipē domi-
no cōformari. vt ſuas crucifixiōes eiſdeꝫ tri-
bus modis: ſcilicꝫ innocēter. ſilenter. aman
ter ſufferat ſicut ipē. Et primo innocēter ſuf
feramus. quia ſi pro culpa ſufferimus delet
quidē culpam: ſed meritū forſitan non au-
getur. De tali pena innocentiū deus ridere
dicitur in Job: vbi dicit. De penis innocen-
tum ridet. quia ſupra modū deus gaudet ⁊
letatur cum innocēter ſufferimus: ⁊ cuꝫ hoc
etiaꝫ patiēter. Unde Petrus. Hec eſt gra-
tia ſi propter cōſcientiā dei ſuſtinet quis tri-
ſticias patiens iniuſte. que eſt enim gratia ſi
peccantes colaphizati ſuffertis. qꝺ ſi benefa-
cientes patiēter ſuſtinetis: hec eſt gratia apud
deum. Secūdo ſilenter ſufferamus. vt quic-
quid nobis de opprobrijs. ꝯtumelijs. humi-
liatōibus. de penis vel quibuſlibet malis ir-
rogatum fuerit: tanqȝ munꝰ a deo tacita cō-
ſcientia amplectamur: niſi pro ſcādalo tollē-
do breuiter dicere velimus. Non ſum mihi
cōſcius talis mali. De reliquo quicqd con-
tra nos agatur taceamꝰ. ⁊ hoc eſt qꝺ ad ma-
ximaꝫ martyrū gloriam cantat eccleſia. Ce-
dimur gladijs: in ore bidentiuꝫ nō murmur
reſonat ⁊c. Tercio amanter ſufferamus. vt
quia deus qui cum malediceretur: vt ait Pe-
trus non maledicebat. cum pateretur non cō-
minabatur. Sic ⁊ nos noſtris maledictori-
bus odiuꝫ non feramus: ſed diligamus eos.
vt ꝓmotores noſtros ⁊ benefactores. cōſide-
rantes ꝙ coronas nobis fabricant ⁊ ad ſalu-
tem noſtram nos ꝓmouent ſupra modū. ad
qꝺ maxime nos adiuuat ſi ꝯſideramꝰ ꝙ ipſi
mala nobis non inferunt. ſed deus qui dili-
git nos vt pater: per eos tanqȝ per inſtrumē-
tuꝫ nos exerceat. nec poſſent facere quicqȝ ſi
deus non iuberet. Qꝺ. ij. Reg. xvj. apte in-
nuitur. cum Semei fugientem Dauid ma-
lediceret. mittens cōtra euꝫ lapides atqȝ di-
cens exprobrādo. Uir belial: vir ſanguinuꝫ
nunc inueniūt te mala. Quod audiēs fili-
us Saruie dixit. Nuꝫ canis iſte moriturus
maledicit domīo noſtro regi? Cui dixit Da-
uid. Dimitte euꝫ. dominꝰ enim iuſſit vt ma-
lediceret Dauid. Quis ergo iuſte indigna-
bitur ei quem miſit deus: vel quis indigna-
bitur gladio cum quo quis exiuit vulnera-
tus? Unde cuꝫ per quippiā aliud opprobrij
maledicti cōtumelie vel cuiuſlibet iniurie ei
qui ſe cuꝫ domīo cupit nobiliter crucifigi ir-
rogatuꝫ fuerit: debet ei qui facit iniuriā cha-
ritatiue occurrere: amplexans eum atqȝ di-
cens. Benedictus tu a domīo qui offers mi-
hi gratiam dei mei. Qꝺ in forma paſſionis
domī docemur. qui expanſis manibus volu-
it crucifigi: vt ſi quiſpiaꝫ de crucifixoribꝰ vel-
let gratiam: ſtatim amplexans eum exupe-
ret vt dilectum. Q ſi grunniūt homines ad
hec verba: ſaltim ex hoc cognoſcāt quia nihil
ſumus.



LXXXIIII. De eadem ſermo. ij.

# Ignū habet ſpē

Job. xiiij. K Dicit Greg.
Uita cōtemplatiua difficilē val-
de habet acceſſum licet eius guſtus dulciſſi-
mus ſentiatur. Ideo ne quis ex proprie infir-
mitatis conſideratōe vel difficultatis attēdi-
atiōe diffidens pro ipa deſinet laborare: in-
ductum eſt verbū ꝓpoſituꝫ. vt qꝺ ex nobis ē
impoſſibile in virtute ſancte crucis viriliter
aggrediamur. Quartuꝫ enim cornu crucis
qꝺ ſupra caput eſt conſiſtit in diuinorū con-
templatōe. que videlicet cōtemplatio vt ait
Greg. valde amabilis eſt dulcedo. habet ta-
men quaſdā amaritudines ānexas que me-
rito pro martyrio cōputantur. Unde cum iaꝫ
pro cōtemplatōe apprehēdenda laboratur ha-
bet amaritudinē. cum vero apprehenſa guſta-
tur ineffabilem habet dulcedinē. Iteꝫ in ac-
ceſſu fruitionis miram affert gratiaꝫ: ſed in
receſſu ſubtractōis amaram valde miſeriā.
Quātam enim rapti in contemplatōem ha-
bemus leticiā: tantam in eius ſubtractōe ha-
bemus meſticiā. Et hoc eſt qꝺ dicit Grego.
ſuper Job. Celum ⁊ infernus ſimul coarta-
bitur. quia vnam ⁊ eandeꝫ mentē ⁊ ſubleua-
tio cōtemplatiōis illumīat et importunitas
temptatiōis obſcurat: vt ⁊ cōtemplādo gu-
ſtet qꝺ conſoletur: et temptādo mordeat qꝺ
erubeſcat. In vnū ergo celum ⁊ infernꝰ co-
artabitur: cum mens que iaꝫ lucem patrie
ſupne ꝯſiderat: etiā de carnis bello tenebras
occulte temptatōis portat. lux enī de celo ori-
tur. infernus autem tenebris poſſidetur. L
Sciendū autem ꝙ in ſublimi cōtempla-
tione licet ipſa ſit dulciſſima tres penalita-
tes tanqȝ tres cruciatus coeūt. ſcilicet in a-
cedendo. in poſſidendo. in recedēdo. in qui-
bus omībꝰ caro multū atteritur: licet ſpiritus
intus delectabiliter ꝯſoletur. Nam in accedē-
do ꝯtemplatores habent defatigatōis labo-
rem in poſſidēdo ſeu fruēdo temptatōis pu-
dorem. in recedēdo de ſubtractōe languorē.
Primo dico ꝙ contemplatōis gratiam cu-
pientes i acceſſu eius duris laboribus exer-
centur, quia torpentibus ocio tanta gratia nul-
latenus exhibetur. Unde Jacob ſeruiens
Laban pro Rachel filia eius dicit Geñ. xxi
Die noctuqȝ eſtu vrebar ⁊ gelu. fugiebatqȝ
ſomnus ab oculis meis. Qꝺ exponit Gre-
go. dicens. Juſte Jacob cupiēs Rachel po-
titi amplexibus: aſſerit ſe die noctuqȝ deſu-
dare. quia qui contemplatōis dulcedinem
deſiderat: neceſſe eſt vt laborioſo ſtudio hāc
inquirat. Nā vt ait Job. xxviij. Non inue-
nitur in terra ſuauiter viuentiuꝫ. Quod iterū
rum exponēs Grego. dicit. Quiſquis hu-
ius vite voluptatibus paſcitur: ab interne ſa-
pientie intellectu qꝺ eſt cōtemplatio ſepara-
tur. Unde de huius indefeſſi laboris ſtudio
dicit Bernard. Cum vigilijs ⁊ obſecratio-
nibus ⁊ multo imbre lachrymarū queſitus
affuerit: ſubito cum teneri putatur elabitur. et
rurſum lachrimāti ⁊ inſectanti occurrēs cō-
prehendi patitur: ſed minime retineri. duꝫ
ſubito iterū quaſi e manibus auolat et ſi in-
ſtiterit: fletibus ⁊ precibus deuota anima de-
nuo reuertitur: ſed rurſum mox diſparebit.
Sic patet quātus labor ⁊ penalitas requiri-
tur in accedendo. Secundo in fruendo con-
templatores ſancti habent temptatiōis do-
lorem ſiue pudorem. Quāto enim ſublimi-
us deum ⁊ eius bona cōtemplātur: tanto ſe-
pe inferius acris temptationū aculeis cruci-
antur. qꝺ ex dyaboli malignitate ⁊ ex dei be-
nignitate fieri permittitur dyabolus: vt deijci-
at deus vt proficiat. Naꝫ de dyaboli nequi-
cia dicit Grego. Callidus hoſtis quos luce
contemplatiōis eniteſcere conſpicit: eorum
mentes illicitis deſiderijs inflāmare cōten-
dit. vt pleruncqȝ plus ſe vrgeri temptationi-
bus ſentiant ꝙ tunc cum lucis interne radi-
ces non habebant. Quod Exo. lucide figu-
ratur cum filijs iſrahel volentibus egredi de
Pharaōis dicōe. ipſe Pharao paleas ſub-
traxerat. ⁊ tamen eiuſdem menſure opera re-
quirebat. qꝺ deus ex ſua pietate in nobis fie-
ri permittit: vt omniuꝫ virtutum cuſtos hu-
militas nutriatur. Unde iterum Gregoriꝰ.
dicit. M Sciendū ꝙ plerunqȝ qui
plus in contemplatiōem rapitur: contingit
vt ampliꝰ in tēptatōe fatigetur: ne de his ad q̄
rapta ē mens extollatur: qr enꝰ tēptatio aggra-
uet ne ꝯtēplatio inflet. ⁊ vt ꝯtēplatio eleuet

ne temptatio demergat. Si enim ſic ꝯtem-
platio tolleret vt temptatio penitus deeſſet
in ſuperbiā animus caderet. ⁊ ſi ſic tempta-
tio p̄meret vt cōtemplatio non leuaret: ple-
ne in culpam laberetur. ſed m.ra diſpenſa-
tione agitur vt in quodam medio anima li-
beretur. vt neq̄ȝ in bonis ſuperbiat: neq̄ȝ in
malis cadat. Si enim poſt virtutum mu-
nera nulla temptatione mens concutitur: a
ſe animus et ex ſeipſo habere gloriatur. Ut
ergo ⁊ firmitatis dona habeat ⁊ infirmitatē
ſuam humiliter cognoſcat: ⁊ in ſublimibus
anima cōſpiciat: ⁊ in infimis carnalia ſentit.
Tercia penalitas cōtemplatōis conſiſtit in
gratie ſubtractōne. Nam aſſueti dulcedine
cōtemplatōis mirabiliter cruciātur in eiuſ-
dem gratie ſubtractōe. De qua ſubtractōne
iterum dicit Grego. Cum mens ſanctoꝝ
in cōtemplatione ad diuina ſurſuȝ rapitur:
ſtatim hāc importunis caro temptatōibus
impugnat. . portis aliq̄ȝdiu celeſtibus ob-
iectis aculeis illicite imaginat. ōis reuerbe-
rantur. Naȝ ſtimulus carnis repente hanc
ſauciat quā extra carnem ſancta cōtempla-
tio rapiebat. Hinc Bernarđ. Anima que ſe-
mel accepit a dn̄o intrare ad ſemetip̄aȝ ⁊ in
intimis ſuis dei p̄ſentiā ſuſpirare: neſcio an
dei ip̄am gehennā expiri ad tempus horribi-
lius penaliꝰue ducat: q̄ȝ poſt ſpiritualis ſtu-
dij huius guſtatam ſuauitatem exire denuo
ad illecebras ⁊ moleſtias carnis. Et ſubiun-
git. Dico enim vobis: nihil eſt q̄đ intantuȝ
formidet quiſquis hoc beneficiuȝ ſemel acce-
pit. quā ne gratia derelictus neceſſe habeat
egredi denuo ad carnis conſolatōes: imo de-
ſolationes. Sed ne quis ex his penalitatibus
territus cōt. mplatiōis gratiam (in quo no-
biliſſimus ſtatus religioſorum cōſiſtit) mi-
nus deſideret: minus curet. ¶ Sci-
enduȝ ꝙ p̄dicte tres penalitates tribus dul-
ciſſimis deuotōnibus permiſcētur: ex quibꝫ
ita abſorbentur vt penitus nō ſentiant. De-
autē deuotōes conſiſtūt in feruentiſſimi de-
ſiderij ardore. in ſuauiſſime delectatōis dul-
core. i prius guſtate gratie relicto odore. ita
vt prima deuctio prime penalitati. ſecunda
ſecūde. et tercia tercie miſceat. Primo dico
ꝙ prima deuotio ſcilicȝ ardor feruentiſſimi

deſiderij permixtus prime penalitati ſcilicȝ fa-
tigatōni laboris. ipſum attenuat ⁊ penitus
extinguat vt nihil penitus ſentiatur: imo dele-
ctabiliter fatigat. ſicut catulus cum feram
inſequit pre deſiderio feram apprehendi nec
laborem reputat: neq̄ȝ ſentit fatigatōem vt
delectabiliter currat vſq̄ȝ ad mortem. ſic pre
nimio deſiderio apprehendēdi deum quē ſu-
pra nos ſpeculādo ſpectamus ſeu guſtamꝰ:
vſq̄ȝ ad mortē delectabiliter fatigamꝰ. Hinc
Bernarđ. Oportet vt ardor deſiderij p̄ueni-
at faciem eius ad omnē animaȝ ad quā de-
us eſt venturus. Secunda deuotio eſt ſua-
uiſſima delectatio dulcoris abſorbēs ⁊ extin-
guens totaliter omnē penalitatem temptati-
onis: vt vix eius titillatio ſentiat. De hac
deuotiōe dicit Bern̄. Conſolatio nō eſt ali-
ud q̄ȝ ſuauiſſima delectatio boni ⁊ guſtus ſa-
pientie licet exiguꝰ. quibus interim benignꝰ
dominꝰ afflictam refrigerat animā. Tercia
deuotio conſiſtit in prius guſtate gratie reli-
cto odore. vt licet ex gratie ſubtractiōe cruci-
etur. ex relicto tamē odore amplius conſole-
tur. ex quo odore anima illecta pre nimio de-
ſiderio languere incipit. cōtinuo clamore re-
uocans gratiaȝ quā amiſit. De quo Bern̄.
Subducto anime taȝ dulci ſponſo interim
aliud non dico deſiderare. nec cogitare liber
clamans affectuoſo deſiderio: reuertere: re-
uertere. Et ſubiungit. Uerbo itaq̄ȝ abeunte
vna iterū ⁊ cōtinua vox anime cōtinuū eius
deſiderium tanq̄ȝ continuū reuertere donec
iterum veniat. Licet itaq̄ȝ anima de dei ab-
ſentia cruciet: de odoris tamen relicti p̄ſen-
tia in infinitum amplius cōſolatur vt miro
modo cōtraria coeant: vt dulcis ſit penali-
tas ⁊ penalis delectabilitas. Et hoc eſt q̄đ di-
cit Iob. Reuerſus mirabiliter me crucias.
Q̄đ exponens Grego. dicēs. Omnipotēs
dominꝰ vnde mentem noſtraȝ viſitans ad
amorem ſuuȝ ſublimiter erigit: inde hanc ꝑ
lachrymas ſuauius affligit. vnde nequaq̄ȝ
ſe penaliter: ſed mirabiliter aſſerit cruciarī.
Quia dum per fletum intus ad ſumma ra-
pitur: penam ſuam libens gaudenſq̄ȝ mira-
tur. vt dulciter cruciet ⁊ penaliter ꝯſolet. Et
ſic patȝ quō ꝯtemplatio quedaȝ ſit cruciatio:
que tamē quodā mirabili modo in infinitū



amplius cōſolet q̄ȝ penaliter cruciet. Poſt
hanc beatā ⁊ glorioſam cum dn̄o crucifixio-
nem: cum ip̄o etiam cōmorimur. vt ſicē poſt
crucis mulctatōem ⁊ crucifixiōem chriſtꝰ mo-
riebatur. ſic ⁊ nos poſt predictas crucifixio-
nes cum dn̄o moriamur. quia vt ait aplꝰs.
Si cōmorimur: et cōregnabimus. Nunq̄ȝ
enim vita noſtra ad plenam perfectiōem ſur-
git niſi cum domino moriamur. quia nec gra-
num plenum fructuȝ afferre poterit: niſi ta-
cum in ſemine moriatur. Uerū cum ſm̄ phi-
loſophū. mors nihil aliđ ſit niſi delectabiliū
abinuicē ſeparatio. ¶ Sciendum ꝙ
qui deo ⁊ cum deo mori deſiderat oporȝ eū
a tribus delectabilibus funditus ſeparari.
ſcilicet ab omībus mundi ꝯcupiſcentijs. ab
omnibus carnis deſiderijs. ⁊ ab omībꝫ cor-
dis vitijs. ita vt iſta tria in nobis taȝ effica-
citer ſint extincta: vt ita parum ſicut in mor-
tuo homīe ſentiātur. vt nihil ex omnibꝫ que
mundi: carnis. cordis ſunt nō ſolū non libe-
at: ſed penitus non titillet ad luxuriā cōmo-
uere. Nam q̄ȝdiu iſte affectōes in nobis ſen-
tiuntur ⁊ ſi potenter per reſiſtentiaȝ vincun-
tur: adhuc tamē mortua non dicūtur: ſꝫ iaȝ
mortificātur. Cum aūt iam amplius nō ſen-
tiuntur: tunc primū ad plenū mortua dicū-
tur. Et hoc eſt ꝙ ait Auguſ. Hoc eſt totum
opus noſtꝝ ⁊ tota vita noſtra: affectōes pec-
catoꝝ mūdi. et carnis caſtigare. refrenare.
mortificare. Et ſubiungit. Quādo ergo ali-
quid delectabat ⁊ nō ei conſentiebaꝝ: morti-
ficabatur. cuȝ autē iam non delectat mortu-
um eſt ⁊ feliciter mortificatū. De hac glori-
oſa morte dicit p̄s. Precioſa in cōſpectu do-
mini mors ſanctoꝝ eius. Quia nunq̄ȝ mor-
ti xp̄i recōpenſamus: niſi taliter moriamur.
vt ſicut ip̄e pro nobis mortuus eſt: ſic ⁊ nos
ꝓpter ip̄m ſimiliter moriamur. Ip̄a eſt eñ
illa mors de qua dicit in Apoc̄. Beati mor-
tui qui in dn̄o moriūtur. Deinde poſt pre-
dicta omnia chriſtus in cruce mortuus lan-
cea in corde vulneratꝰ. de quo nobiliſſimꝰ: in-
timiſſimus: ⁊ delicatiſſimus ſanguis largi-
ter emanauit. in quo iteruȝ expedit vt domi-
num imitemur: vt ſicut cōcrucifixi ⁊ ꝯmor-
tui ſumus cum chriſto ſimiliter cōuulnere-
mur. Poſtq̄ȝ igitur malis omībus mortui

ſumꝰ: vulneramur in corde noſtro magno
vulnere maxime charitatis. Maximā autē
charitateȝ dixi. quia nō eſt illa charitas ge-
neralis vel etiam popularis: ſed eſt quedaȝ
charitas ſingularis que paucoꝝ eſt: imo ſo-
lūmodo perfectiſſimoꝝ. Pro quia ſi decreue-
rimus laborare videamus primo q̄đ in trāſ-
fixione cordis Ieſu factum ſit. vt ſm̄ hoc no-
ſtri cordis tranſfixionē valeamus licet tenu-
iter inſtaurare. ¶ Sciendum ergo ꝙ
in vulneratiōe cordis Ieſu tria cognoſcimꝰ
accidiſſe. ſcilicȝ cordis apertiōem. ſanguinis
effuxionem. aque emanatiōem. que tria eti-
am in nobis accidūt. ſi tamē ad hoc vita no-
ſtra ꝓfecerit vt in corde per fortiſſimā illam
charitatē ſpūaliter vulneremur. q̄đ vulnus
accepiſſe ſe gloriat ſponſa in Cantic̄. v. cum
dicit. Uulnerata charitate ego ſum. De q̄
Grego. Mala eſt ſalus cordis q̄đ dolorem
huiꝰ vulneris neſcit. cum aūt ſentire huius
vulneris amoreȝ ceperit: fit anima ſalubri-
or ex vulnere que prius egrotabat ex ſalute.
Hinc Bern̄. Hoc vulnus abſq̄ȝ ira infligit
⁊ abſq̄ȝ dolore lenitur. q̄ ſagitta reſiliēs ī au-
torem etiam ip̄m deū vulnerat: ip̄o dicente
in Can̄. Uulneraſti cor meū ſoror mea ſpō-
ſa. Hoc ḡ vulnus cuȝ accipimꝰ ꝑ duo ꝓbat
in nobis cordis apertōeȝ. Primo ꝑ deuotōis
nr̄e q̄ de corde exit q̄ſi ꝯtinuā euaporatōem.
Secūdo ꝑ vberrimū imbrē ⁊ bonoꝝ dn̄i q̄ſi
ꝯtinuā infuſionē. Primo dico ꝙ hoc vulnꝰ
cordi nr̄o infixū ꝓbat cordis apertōem in eo ꝙ
q̄ſi ꝯtinue tanq̄ȝ flāma de ore fornacis ꝓſili-
ens nr̄a deuotio ſurſum ad deū euaporat vt
ex eo frequētius vehemēs ⁊ ineffabilis ardor
ebulliat. De q̄ imbre in nos defluente dicit
Bern̄. Si ſenſero mihi aperire ſenſum vt in-
telligā ſcripturā aut ſmonē ſapiē q̄ſi ebulli-
re ex intimis: aut infuſo lumīe deſuꝑ reuela-
ri miſteria. aut certe expādi mihi q̄ſi q̄ddaȝ
largiſſimū celi gremiū et vberiores deſurſū
influere meditationū imbres: nō ābigo ſpō-
ſuȝ adeſſe. Uerbi ſiquidē hę copie ſunt et de
plenitudine eiꝰ iſta accipimꝰ q̄ nullis verbis
aīa poterit explicare: ſꝫ q̄buſdā exalatōibus ⁊
euaporatōibꝫ eructuat. De q̄ dic̄ Ber. Fla-
grans amor p̄ſtim diuinꝰ cum ſe intra ſe co-
hibere non poterit. non attendit quo ordine

qua lege verboꝝ ebulliat. interdū nec vllas
voces requirit: ſolis cōtentus ſuſpirijs q̄ in-
ceſſanter de profundiſſimis affectibus vdio
aſcendūt. que videlicet ſuſpiria ipſa deuotio
ſic interrūpere interdum nitit̄: volens effun
dere ſe per verba ſed non ꝓualens. loquitur
quidē aliquid ex affectu nō ex intellectu. nō
ꝯſiderat quid qualiter eloquat̄. ſed quicq̄d
in buccas venerit vrgēte amore nō enūciat
ſed eructuat. Secūdo probat̄ cordis apertio
ꝑ vbertimoꝝ imbriū bonoꝝ dn̄i quaſi con
tinuam infuſionē. Cum eniꝫ cor deuotoꝝ
ad bona dn̄i ſuſcipienda paratuꝫ eſt ⁊ aper-
tuꝫ. nec eſt in eo aliquid qd̄ dei gratias pro-
hibeat vel retardet. tūc pius ⁊ benignus do-
minus: largus ⁊ miſericors nō ceſſat infun
dere imbres gratiarū. nunc īmittens ſapiē-
tiam diuinoꝝ. nunc noticiam ſecretoꝝ. ali-
quādo guſtum ⁊ experiētiam eternoꝝ. ali-
quādo ꝯo reuelatōes miſterioꝝ. aliquādo
ſecurum facit ⁊ certificat de eternalū bono-
rum fruitiōe. ⁊ adhuc infinitis modis qui-
bus conſolat̄ deus electos ſuos pariter ⁊ di
lectos. Et ſic ꝓbauimꝰ per deuotōis noſtre
ſurſum ad deuꝫ exaltationē. ⁊ gratiaꝝ domi-
ni deſluentiū in nos infuſionem. cordis eui
dentiſſimā apertionē. Si enim cor eſſet ſtri
ctum ⁊ clauſum: nec noſtra ſurſuꝫ poteſt de
uotio aſcendere: nec dei bona deſcēdere ī nos
poſſent. q̄ viciſſitudo noſtre deuotōis aſcen
dentis ⁊ dei gratie deſcendentis pulchre in
ſcala Jacob ꝓfigurata legitur. in qua aſcen
dentes ⁊ deſcendētes angeli ꝓhibent̄. Q
Secundo in trāſfixione cordis Jeſu legi
mus ſanguinē effluxiſſe. ſanguinē inq̄ꝫ no-
biliſſimū. delicatiſſimū. et intimiſſimū. q̄ in
terrā vbertime deſluebat. q̄ in corde Jeſu ꝓ-
pter nimiaꝫ charitatem qua dilexit nos ſepe
efferbuit ſicut olla. per quē ſanguinē nobiliſ
ſimuꝫ et delicatiſſimū quedam nobiliſſime
deſignātur virtutes: que ex corde deuotoꝝ
cum taliter vt dictū eſt trāſfixi fuerint: efflu
unt. Et ſic ille ſanguis chriſti ex intimo: ſic
ille virtutes ex intima vi humane virtutis:
⁊ quaſi medulle aliaruꝫ virtutū in noſtros
ꝓximos deriuātur. quas Grego. enumerat
ita: dicens. In mūdo viuere ſine mūdo. ali-
ena non appetere. propria non tenere. laudē
deſpicere. opprobria amare. gloriaꝫ fugere.
deſpectum deſiderare. adulantes deſpicere.
deſpicientes honorare. mala nocentiū ex cor
de dimittere. ⁊ erga eos dilectōis gratiam
in corde īmobilem retinere: hec difficiliores
inter virtutes ceteras reputantur. Tercio in
trāſfixione cordis Jeſu aquam cuꝫ ſangui-
ne legimus emanaſſe. Et quia vita huma-
na ex corrupta natura trāſire non poterit ſi-
ne qualicūq̄ꝫ puluere peccatoꝝ: iuxta illud
Eccle. Non eſt homo iuſtus in terra qui fa-
ciat bonuꝫ et non peccet. Ideo idem puluis
peccatorum per aquā deſignatus ī ſingulis
deuotiōibus cum ſanguine virtutuꝫ effluit:
vt tandeꝫ plene ⁊ perfecte eminentia infunda
mur pleni deo. vt ſic ex cūi noſtro deo adhe-
reamꝰ: ⁊ toti ſimus pleni deo. Et hoc eſt qd̄
dicit Auguſ. Cuꝫ inheſero tibi ex omni me
nuſq̄ꝫ erit mihi labor ⁊ dolor. ⁊ viua erit vi-
ta mea tota plena te. Sed dicunt puſillani-
mes. Quid nobis ⁊ ꝯbis iſtis: quis ad iſta
poteſt attigere? Dico ꝙ ſaltim ex hoc cogno
ſcimꝰ qꝛ vere viles et miſeri ſumus. Si eñi
deus iubet nos dicere ꝙ inutiles ſumus et
cum fecerimus omnia: quāto magis veraci
ter dicere poſſumus ꝙ nihil ſumus. quia ni
hil facimꝰ. Hinc Bernard. Propterea de-
us mandata ſua voluit cuſtodiri nimis: vt
videntes imperfectiōem noſtram: ⁊ nō poſ
ſe nos facere qd̄ debemus: ſaltem ex hoc hu-
miliaremur. ⁊ ſic humiliati ad miſericordi-
am cōfugiamꝰ. ⁊ iuſtificabit nos gratis Je-
ſus chriſtus.

LXXXV De ſancto Matheo.

**Equere me. Ma**
thei. ix. K Dicit Gregoriꝰ
Per hec verba dominus omnes
ad eternitateꝫ vocat: qui duobus modis ve-
niunt. ſcilicet mala deſerendo: ⁊ bona facien
do. Ex quorum verboꝝ virtute beatus ma
theus miſericorditer inſpiratus: ſtatim reli
ctis omnibus dominū eſt ſecutus. qui cum
dominuꝫ pfectiſſime ſequeretur: non ſolum
ꝑtā auaricie q̄ ibi habet ſūt ei idula: ſꝫ ad
ſubli miſſimū ſtatū eccl'ie. ſ. ad apiceꝫ aplice
⁊ euāgelice dignitatis ē mirifice ſublimatꝰ
Unde eius euangeliū pre ceteris euangeli-
ſtis in eccleſia crebrius recitat̄. vt per hoc de
tur nobis intelligi ꝙ nullus peccatoꝝ quā-
tumcūq̄ꝫ profundatus debeat de venia ſi ta-
men pfecte cōuerſus fuerit deſperare. Unde
cum ſint tria genera peccatoꝝ. ſcilicet ſuper
bia. auaricia. luxuria. que quaſi totuꝫ mun-
dum poſt ſe trahūt: tres ſancti ſunt nobis in
eccleſia ſublimati. ſcilicꝫ paulus. mathe9. et
dauid. qui in ꝓdicta peccata pre ceteris ho-
minibus ꝓfundiꝰ ſunt ꝓſtrati. qui ſicut pre
ceteris peccauerūt: ſic etiaꝫ eoꝝ doctrina pre
alijs nobis in eccleſia recitat̄. vt per hoc no-
bis detur intelligi ꝙ nulla peccata pepedi-
unt eos qui perfecte poſt lapſuꝫ ad dn̄m cō-
uertūtur. Unde pre alijs oratōibus pſalmi
dauid frequēciꝰ ruminant̄. euāgelia mathei
crebrius recitant̄. epiſtole pauli quaſi conti
nue decantātur. qd̄ totum ideo factū eſt: vt
tanto efficaciꝰ nos peccatores de venia pre-
ſumamus: quāto pre ceteris hominibꝫ ma-
gnos peccatores videmꝰ in eccleſia ſublima
tos. Et hec breuiter dicta de ſc̄o matheo ſuf
ficiant. Nūc verba ꝓpoſita ad noſtraꝫ infor-
mationeꝫ adiuuāte dn̄o inflectamus. Que
enim ſemel locutꝰ eſt dn̄s ad mathēū ꝑ cor-
poralē allocutōeꝫ nobis loquit̄ quotidie per
internā aſpiratōem: dicēs ſingulis ⁊ oībus
nobis. Sequere me. Hinc Job. xxxiij. Se-
mel loquit̄ deus: ⁊ ſecūdo idipſm nō repetit.
qꝛ qd̄ ſemel vno vl' paucis loquit̄ in ſcriptu
ra: hoc nō repetit vt nobis loquat̄ corpalr ſi
cut illis. Un̄ Grego. exponens ꝓdictū ver-
bum Job. di. Deus ſinguloꝝ cordibꝫ pri-
uatis vocibꝫ corpalibꝫ nō loquit̄: ſꝫ tale elo-
quiū ꝯſtruit in ſcriptura ꝑ qd̄ cūctoꝝ āmo-
nitōibꝫ ſatiſfaciat. Hinc Math. xiij. veritas
di. Qd̄ vobis. ſ. aplis dico: oībꝫ dico. Su-
per qd̄ Augꝰ. di. Non ſolū illis dixit quibꝫ
tūc loquebat̄: ſꝫ etiā illis qui fuerunt poſt il
los ante nos. ⁊ etiā ad noſipos ⁊ qui erunt
poſt nos vſq̄ꝫ ad nouiſſimū eius aduentū.
Dicit ergo ſingulis nobis. Seq̄re me. Nō
corporis paſſibꝫ: ſed mētis affectibꝫ. S
In q̄ verbo tria implicat̄ ſcꝫ ꝙ qd̄libet ver-
buꝫ motū ſignās tria importat. ſ. terminuꝫ
a quo recedamꝰ. mediū ꝑ quē bonū faciamꝰ.
terminū ad quē tandem veniamꝰ. Primū
ibi Sequere. qꝛ importat terminū a quo.
Secundū iteruꝫ ibi ſequere. qꝛ ſignat mo
tum ꝑ quē bonū faciamꝰ. Terciū ibi me. ſi-
gnās terminū cui feliciter inhereamus. Eſt
itaq̄ꝫ ſenſus ꝓdicti verbi. ſ. Sequere me: vt
a malo recedans. ⁊ bonum qd̄ me feciſſe co-
gnoſcitis faciatis vt tandē ad me puenientes
mihi feliciter adhereatis. Qd̄ ſi decreuerī-
mus faciendū a malo tripliciter recedamꝰ. ſci-
licet a mūdi diuitijs. a carnis delicijs. et ab
omnibꝫ iniuſticijs. Cur hoc? qꝛ diues in re-
gnū dei difficulter veniet. vacās delicijs deo
diſplicet. iniuſtuꝫ ꝯo odit. Nā de primo di
cit Mat. Diues difficile intrabit in regnū
celoꝝ. De ſecundo dicit aplꝰs. Qui in car
ne ſūt deo placere nō poſſunt. De tercio ꝓs.
Iniquos odio habui. Si ergo deū cupimꝰ
efficaciter ſequi: primo a mūdi diuitijs lon-
gius recedamꝰ. nō ꝙ diuitie ſiut peccata: ſꝫ
ſūt veraciter occaſio peccati. ⁊ impediūt om
nino ſequi dominū cupiētes. Hinc apoſto-
lus ad Thimot. Qui volunt diuites fieri
incidūt in temptatōem. ⁊ in laqueū dyaboli
⁊ in deſideria multa que mergunt homines
in interitū ⁊ in perdiciōem. Sed dicunt di-
uites. cōceſſis vtimur. aliena non querimꝰ.
⁊ ſi digna miſericordie retributōe opera nō
agimꝰ: nulla tamen puerſa perpetramꝰ. Ad
qd̄ reſpōdet Greg. dicēs. Hoc idcirco diui
tes ſentiūt: qꝛ aurē cordis a verbis celeſtibꝫ
claudūt. neq̄ꝫ eñi diues qui quotidie epula-
batur ſplēdide rapuiſſe aliena: ſed infructu
oſe ꝓprijs vſus fuiſſe ꝓhibet̄. ⁊ tamē ea poſt
hanc vitam vltrix gehenna ſuſcepit. non qꝛ
aliquid illicitū cōqueſiuit: ſed qꝛ imoderata
vſu totū ſe licitis dedit. ꝓpter qd̄ dicit̄ Luc.
vj. Ue vobis diuitibus qui habetis hic con
ſolationem veſtram. Nullam aliaꝫ cauſam
ponens: niſi quia hic habent conſolatōeꝫ ſu
am. Quia (ſicut in Act. dicit̄) per multas
tribulationes opoꝫ nos introire in regnū
dei. Ipſi autem non ſolum non tribulātur:
ſed tota die conſolātur. Unde Eccl. xiij. Di
ues locutus eſt ſuperba ⁊ iuſtificauerūt il-
luꝫ. paup locutꝰ eſt ⁊ dicūt. quis ē hic. Un̄
Job. Ducunt in bonis dies ſuos: ⁊ in pun
cto ad inferna deſcendūt. T Secun-
do volentes ſequi dominuꝫ a carnis delicijs

git iere. Tre. iij. Diuiſiones aquarum dedu
xerunt oculi mei. quod exponens Greg. di.
Diuerſas quippe aquas ex oculis deducimus
quando ſingulis peccatis diſpertitas lacrimas
damus vel quando ſingulis dampnis que ex peccatis
incurrimus fletus ſingulos imprimur. Ex
peccatis nanque anima noſtra moritur. bona
noſtra perdimus. regnum celorum amitti-
mus. deum offendimus. ⁊ ideo pro ſingulis
hiis malis exhortamur lacrimas fundere in
ſcriptura. Nam de morte anime plorando
dicitur Je. vi. Luctum vnigeniti fac tibi plan
ctum amarum. quia anima ex peccatis mor
tua que plus eſt nobis quam vnigenitus ex la
crimis reuiuiſcit. Item bona perdita reſti-
tuit lacrima. ⁊ ideo monemur Eccleſi. viij.
flere cum dicitur Quaſi dira paſſus incipe plo-
rare. Item regnum celorum lacrime reſtituunt
⁊ ideo dicitur nobis Eſa. xx. Plorans nequaquam
plorabis quod reuera intelligi oportet de regni
celorum reſtitutione in quod cum introducimur
nequaquam plorabimus quia ſicut in apo. dicitur. xxi.
Abſterget deus omnem lacrimam ⁊c. Item ex
peccato deum offendimus quem per lacrimas
ſui gratia placare poſſumus ⁊ quia eius of
fenſa maximum malum eſt quod incurrimus
et inter omnia damna grauiſſimum ideo
ad hoc malum recuperandum maxime plora-
re iubemur. Tre. ij. cum dicitur. Deduc quaſi tor
rentem lacrimas per diem ⁊ noctem. nec des
requiem tibi nec taceat pupilla oculi tui. quia

ut ibidem dicitur. magna eſt velut mare contritio
tua. immo ſuper celum ⁊ terram mare ⁊ omnia
que in eis ſunt. ⁊ hec est contritio magna val
de vbi deum offenſum perdimus qui tamen per
lacrimas noſtras inebriatus facilime vin-
citur ⁊ omnem offenſam remittens placatus
reuertitur. hinc eſt quod quibuſdam ploranti-
bus improperat Eſa. xliij. cum di. Adipe vi
ctimarum tuarum non inebriaſti me. adipem vi
ctimarum vocans ipſas lacrimas que deum
cogunt ⁊ vincunt ad omnem offenſam ⁊ in
iuriam remittendam. ⁊ hoc eſt quod ait au
gu. O fortis lacrima vincis inuincibilem
ligas omnipotentem. Omnia enim alia af
fectum habent ſupplicantis ſola vero lacrima
virtutem cogentis. Secundo di. eſt de la-
crimarum vtilitate. I Sunt autem tres
effectus lacrimarum vt de multis pauca ſu
mamus. Primo enim impetrant remiſſio-
nem peccatorum. ſecundo omnium petitionum
exauditionem. tercio merentur conſolationem
de primo dicitur. iere. iij. In fletu venient et
in miſericordia reducam eos gloſa: in fletu venient pro
peccatis ſupplicando ⁊ in miſericordia reducam eos
eadem peccata miſericorditer ignoſcendo ⁊
hoc eſt quod ait Judith. iiij. Indulgentiam
eius profuſis lacrimis poſtulemus Secun
do effectus lacrimarum omnium petitionum ex
auditio eſt. tante enim ſunt virtutis ⁊ effica
cie vt deus ſe continere non valeat ſed omnia
ſaluti neceſſaria que in lacrimis ⁊ per lacri-
mas poſtulantur concedit. hinc Tho. vij.
Non dubito quin deus preces ⁊ lacrimas
meas in conſpectu ſuo admiſerit. Item iiij.
Re. xxiiij. Pro eo quod perteritum eſt cor tuum ⁊
fleuiſti coram me ego exaudiui te ⁊ pſalmus. Ex-
audiuit dominus vocem fletus mei. Tercio la-
crime merentur conſolationem. hinc Tho.
iij. dicitur Poſt lamentationem ⁊ fletum
gaudium ⁊ exultationem infundis. Item
Mat. v. Beati qui lugent quoniam ipſi conſola
buntur. Secundo res ſanctificabantur per
vngentum Sic enim dicitur Exo. iij. Facies
ſanctum vngentum compoſitum ſanctificabiſque
omnia ⁊ erunt ſancta. per hoc vngentum no
ua deuotio que poſt lacrimarum contritio
nem infunditur deſignatur. quod ſic contingit.
Cum enim deus per lacrimas victus pecca

ta dimittit ſtatim ſpiritum ſanctus conuertit
ſpiritum noſtrum ad aliud genus deuotionis
in qua ſuperſperat ſe veniam peccatorum con
ſecuturum ⁊ hoc eſt ſignum remiſſionis pec
catorum. cuius remiſſionis tale accipimus
argumentum. quia nequaquam vt nudiuſter-
tius peccata poſſumus deplorare. et quia gratia
dei ocioſa eſſe non poterit conuertit deuotio
nem hominis in graciarum actionem vt pro hiis
⁊ aliis beneficiis gratias agat deo di. ex ma
xima admiratione illud Re. vij. Quis ego
ſum domine aut que domus patris mei. vt pre
ſtares mihi talia. ⁊ hec deuotio graciarum acti
onis vngentum dicitur hic intentum De
quo dicitur Cant. in odore vngentorum tu
orum currimus ⁊ iterum. Odor vngentorum
tuorum ſuper omnia aromata. quia hec deuo-
tio ceteras antecellit. De quo di. bern. Vn
gentum eſt de diuinis collatum humano generi
beneficiis ⁊ ſubiungit. Felix qui ipſa ſtudio-
ſe colligere ⁊ ante mentis ſue oculos digna
cum graciarum actione reducere curat. profecto
cum fuerint in vaſculo pectoris crebra me-
ditatione contuſa. deinde igne ſancti deſiderii
ſil' decocta ⁊ demum ſpinguata oleo leticie. erit
vnctio longe precioſior priore Tercio res di
uino cultui aptande ſanctificabantur olei
vnctione. Sic enim dicitur Exo. iiij. Oleo
vnctionis oleo conſecrabis. ſignans quia
⁊ nos qui celeſti tabernaculo ſumus eterna
liter adaptandi poſt predicta debemus ⁊ nos
oleo leticie conſecrari. per oleum enim ſpirituale
gaudium deſignatur ſicut dicitur Eſa. lxi. Da
bo tibi coronam pro cinere ⁊ oleum gau-
dii pro luctu ⁊ in pſalmo. Vnxit te deus oleo leti
cie. K De oleo ſpiritualis gaudii eſt ſci-
endum quod ad gaudium eius guſtandum tria
dulciſſima confluunt ſcilicet dei preſentia ple-
na eius amicicia. celeſtis gaudii influentia
⁊ idcirco gaudium ex hiis tribus ineffabile ani
me generatur. de quo dicitur Eccle. xxx. Non
eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium Item
prouer. xxi. theſaurus deſiderabilis eſt oleum
in tabernaculo iuſti ⁊ homo imprudens diſ
ſipabit illud. Quod autem dei preſentia miram ſuper
modum faciat in anima delectationem di-
citur. ij. Macha. xv. Preſentia dei ſunt ma
gnifice delectari. Cum enim deus ſumma

ſit delectatio vbicunque preſens fuerit ex ſui
preſentia odorem ſue delectationis per to-
tam domum anime ſpargit. Hinc Johan.
Odor tuus domine excitauit in me concu-
piſcentias eternas. Verum quia deus lux
eſt ipſo teſtante Jhan. viij. Ego ſum lux mun
di. de qua Auguſti. Deus qui lux eſt illu-
minat pias mentes. vt ea que diuina dicun
tur vel oſtenduntur intelligant. ideo non ſo
lum delectationem dat anime per ſui pre-
ſentiam ſed cum hoc in lumine ſuo dat co-
gnoſcere ei plenam ſui ⁊ perfectam amici-
ciam. de qua dicitur Sap. viij. In amici-
cia illius eſt delectatio bona de qua amici-
cia dicit Auguſti. Sic mihi videtur cum mi-
ſerationes eius ⁊ amicitias circa me atten
do vt ſi das eſt dicere quodammodo nihil
agit deus niſi vt mee ſaluti prouideat et
quaſi omnium oblitus ſit ⁊ mihi ſoli vacare ve
lit. cui conſonat Bernar. Vnum dico ſpiri
tualibus mirum quidem ſed verum. ani-
mam deum videntem haud ſecus videre
quam ſi ſola videatur ab eo. Tercia delectatio in
celeſtis gaudii conſiſtit influentia. Ibi enim
guſtat celeſtium bonorum quaſi quaſdam
guttulas. de quo guſtu dicitur Exo. Guſtus
eius quaſi ſimilia cum melle. de quo dicitur
Sapientie. xvi. Bene diſpoſuiſti populum
tuum cui dediſti concupiſcentiam delecta-
menti tui nouum ſaporem et hiis guſtatis
deſipit omnis caro. hoc eſt guſtatis hiis bo-
nis omnia terrena ⁊ carnalia de cetero non
curantur. ⁊ hoc eſt quod dominus leui. xxvi.
dicit. Superuenientibus nouis vetera pro
iicietis ⁊ donec noua naſcantur vetera ede
tis. quia neceſſe eſt quamdiu de ſpiritu nil
guſtamus terrena nobis per indulgentiam
concedantur. guſtatis autem ſpiritualibus
carnalia contemnantur. Hinc grego. Dul-
ce eſt eſſe in humanis rebus ſed ei qui ad-
huc de celeſtibus gaudiis non guſtauit. quia
quanto minus eterna intelligit tanto dele-
ctabilius in temporalibus requieſcit at ſi quis
iam cordis ore guſtauit que ſit illa dulcedo
celeſtium premiorum quanto illud dulce ſit
quod intus videt tanto in amaritudinem
vertitur omne quod foris ſuſtinet L
Ex hiis tribus dulciſſimis delectationibus

ſimul iunctis vna ſurgit ineffabilis ⁊ ſuper
dulciſſima delectatio. ꝑ quã anima inebria
ta iubilat ⁊ exultat ·i· extra ſe ſaltat ⁊ bene ex
tra ſe ſaltatio ibi erit. quia nihil in ſenſibus
humane miſerie ibi remanebit. Item bene
extra ſaltatio erit exprimens in motu corpo
ris quod voce non poterit explicare ⁊ hoc ꝓ
prie vocamus iubilum· de quo ps· Beatus
populus qui ſcit iubilationem Notabiliter
autem dicit ſcit: non qui loquitur· non qui
audit ſed qui ſcit per experientiam. quia ſci
ri quidem per intellectum iubilatio poteſt
ſed dictu exprimi non poteſt. Quem iubilũ
deſcribit Gregorius dicens· Iubilum dici
mus quando ineffabile gaudium mente cõ
cipitur quod nec abſcondi poſſit nec ſermo
nibus aperiri· ⁊ tamen quibuſdam motibꝰ
proditur quamuis nullis proprietatibꝰ ex
primatur· ſentitur quippe ibi quod vltra ſen
ſum eſt· ⁊ cum vix ad hoc contemplandum
ſufficiat conſciencia ſentientis. quomodo
ad hoc exprimendum ſufficiet lingua dicen
tis? Eſt etiam ſciendum ꝙ hee tres dele
ctationes que in ſpirituali gaudio confluunt
iuſte per oleum deſignantur propter tres ꝓ
prietates in oleo repertas. Habet enim oleũ
odoris fortitudinem· nitoris pulcritudinẽ
vnctuoſitatis pinguedinem· per primũ odo
rat dei preſentiam· per ſecundum cogno
ſcit dei amiciciam. per terciũ guſtat celeſtium
bonorum influentiam· Quarto ſanctifica
tio ĩ veteri teſtamẽto per ſanguinẽ continge
bat· vnde leuit· dicitur· Intingat ſacerdos
digitum in ſanguinem ⁊ aſpergat contra al
tare ⁊ erit ſanctũ. per hunc ſanguinem mar
tirium quo in primitiua eccleſia ſe dño ſan
ctificabant poteſt intelligi competenter· Ve
rum quia in pace iam viuit eccleſia · vt per
effuſionem ſanguinis iam pauci ſanctificen
tur· ideo querẽda ſunt alia exerciciorꝫ genera
que coram deo pro martirio computentur.

M Propter quod ſciendum ꝙ ſunt
tres radices merende· ſ· res corpus ⁊ aĩa ⁊
quod in ſingulis iſtis difficilimum eſt ⁊ ſu
premũ illud ꝓ martirio computatur· Diffi
cilimum aũt qđ de rebus dño poſſumus ex
hibere· ẽ oĩm bonorꝫ plẽa ⁊ ĩtegra denudatõ ⁊
ideo qui in hoc victor extiterit ⁊ oĩs diuiti
as mundi ꝑfecte reliquerit induens ſe tenu
iſſima paupertate talis paupertas marti
rio equipollet· in cuius ſignum Mathei. v·
deus pauperibus ⁊ martiribus idem ꝓmiũ
ſcʒ regnum celorum pollicetur· dans ꝑ hoc
intelligi vt ſicut amborꝫ vnũ eſt premiuʒ ſic
amborum martirium equipollet· hinc bern·
Vere martirij genus eſt voluntaria pauper
tas· quid enĩ mirabilius aut quod martiriũ
grauius· quã inter epulas eſurire inter ve
ſtes precioſas algere· paupertati ꝓmi· Se
cundum exercitium in corpore ⁊ de corpore
exhibetur. difficilimũ aũt corporis obſequiũ
martirio iterum equipollet ⁊ hoc conſiſtit in
quotidiana corporis afflictione vt ꝑ dura
⁊ aſꝑa exercicia ſanguinẽ extrahamꝰ đ corpe
quẽ ſeł ꝑ vulnera gladij extrahere deberemꝰ
ſicut de quodam dicitur. iiij. Re· Effudit
ſanguinem belli in pace Hoc martirio ma
ctabat ſe quotidie ps· cum dicebat Quĩ ꝓ
pter te mortificamur tota dei. ⁊ apꝰ· quoti
die morior ꝓpter gloriã veſtraʒ fratres. hinc
greg· Habet pax noſtra martirium ſuum qꝛ
⁊ ſi carnis colla ferro non ſubdamus. ſpũa
li tñ gladio carnalia deſideria trucidamus
nemini enĩ iã di· deuſ pro me morere· ſed tũ
in te carnalia deſideria occide · Hinc bern.
Pius dñs infirmis ⁊ puſillis corde proui
dit· vt quem ſemel ponere ꝓ chriſto nõ ſuf
ficiunt ſaltim mitiori ⁊ diuturniori marti
rio ſanguinem fundant· Tercium exerciciũ
deo de anima exhibemus. cuius difficilimũ
iterum martirio equipollet · Difficilimum
autem exerciciũ anime eſt dilectio inimico
rum ⁊ circa odientes ⁊ perſequentes affici ex
affectu. qđ ſaluator ammonuit di. Diligite
inimicos veſtros benefacite his qui vos ode
runt ⁊ orate ꝓ perſequentibus ⁊ calũnian
tibus vos· Verum quia in ore trium teſtiũ
ſtat omne verbũ· ideo in predictis verbis ſal
uator poſuit tres teſtes· ſcʒ cor: os· ⁊ opus ·
Cor vt eos amemus. linguã vt pro eis ore
mus· opus vt eis auxilia exhibeamus· vt cũ
ſit difficile inimicum diligere· eius diffi
cultas his tribus teſtimonijs cõprobetur·

N Quintum quod in veteri teſtamẽ
to nos ſanctificabat erat ignis. ſic enĩ dicĩ
numeri· Quod poteſt tranſire ꝑ flammas
igne purgabitur· Per hoc ignẽ intelligimꝰ
caritatem ſine qua omnis ſanctificatio priꝰ
habita nihil valet que conuenienter ignis
dicitur· quia ab igne deo denominaĩ· ſic. n.
deutero· dicitur Deus ignis cõſumens eſt
⁊ ideo flãma ex prĩtia huiuſ diuini ignis in
animam tranſiens ignis ſilr nominaĩ· de
hoc igne dicitur Leui· Ignis in altari meo
ſemper ardebit ⁊ iterum. Ignis iſte debet
eſſe perpetuus ſignans caritatem que in al
tari cordis noſtri hic debet incipere · ⁊ ineter
num nunquam extingui· De hoc igne qui
caritas eſt tria maxima bona nobis proue
niunt quibus maiora non ſunt in celo ⁊ in
terra Per eam enim habemus vitam qua
nihil magis diligitur ſuper terrã· hinc ber·
Vita cordis amor eſt ⁊ id circo oĩno impoſſi
bile eſt vt ſine amore ſit cor quod viuere cu
pit · Secundo per amorem omnia que ſũt
nobis proueniunt ad ſaluteʒ ⁊ hoc eſt quod
ait apl's· Scimus qm̃ diligentibus deum
omnia cooperantur in bonuʒ Tercio ꝑ amo
rem deum qui eſt oĩm beatorum theſaurus
habemus . qui per fidem que per dilectionẽ
operatur habitat in cordibus noſtris. Sex
tum ad ſanctificationem faciens tam in ve
teri teſtamento q̃ʒ in nouo ſunt verba· vnde
ad ſenſum videmus ꝙ omnia ad cultum di
uinum neceſſaria verbis ⁊ benedictionibus
conſecrantur. Sunt aũt duo genera verbo
rum. ſ. verba dei ⁊ noſtra. per verba dei intel
liguntur benedictiones· per verba vero nr̃a
orationes· de quibus benedictionibus dicĩ
deutero· xxiij· Si audieris vocem domini
dei tui vt facias atqꝫ cuſtodias mãdata que
ego precipio tibi hodie· venient ſuper te vni
uerſe benedictiones iſte ⁊c̃. de verbis vero
noſtris ſcʒ orationibuſ etiã alijs ſermonibꝰ
copioſa materia inuenitur· XCVIII·

De eodem ſermo tercius.

# Loria hec eſt

omnibus ſanctis eius ps. Di·
bern· Non parum fructuoſa in
uenitur memoria ſanctorꝫ oĩm quorum ho
die gaudia celebramus que languorem te
porem· errorem depellit· languorem cũ eorꝫ
interceſſione noſtra infirmitas adiuueĩ · te
porem cum ex conſideratione beatitudinis
eorum noſtra negligẽtia excitetur Errorem
cum de eorum exemplis noſtra ignorantia
informetur· ⁊ quia tantum fructum ex eis ꝯ
ſequimur expedit ne ingratitudinem incur
ramus vt ex omni corde viceuerſa eius lau
dem ⁊ gloriam referamus ⁊ hoc eſt qđ mo
nemur in verbis propoſitis cuʒ dicitur Glo
ria hec eſt omnibus ſanctis eius. ac ſi dicaĩ
quia in ſingulis feſtis nos ſingulis ſanctis
gloriam exhibemus· ideo gloria quã in hoc
feſto colimus · non vni non paucis non mł
tis ſed debetur omnibus ſanctis dei. O
Eſt aũt triplex gloria ad quam exhibendam
debemus nos omni deuotione qua poſſu
mus exercere. ſ· ãmirationis: venerationis.
imitationis· Prima debetur deo · ſecunda
ſanctis. tercia nobis · Prima eſt mentalis
ſecunda vocalis· tercia realis. Prima ergo
gloria ſcʒ ãmirationis in hoc feſto ante oĩa
dño eſt offerẽda. qm̃ in oĩm primordijſ nos
nominare laudare glorificare condecet eum
qui cunctos condidit ſanctos . per queʒ oĩa
facta ſunt per quem cuncta ſubſiſtunt ele
menta· cui tunc ſuam gloriam exoluimus
cum eum in ſanctis ſuis laudamus· laudã
do ãmiramur eius potentiam ſapientiam
clementiam . qua potuit ſciuit voluit tam vi
les vermiculos de ſtercore ⁊ puluere ꝓ crea
tos in tam excellentem gloriam ſublimare.
dicentes intimo ãmirationis affectu illud
Ro· ij. Non eſt ſanctus vt eſt dñs ⁊ nõ eſt
fortis ſicut deus noſter qui ſuſcitat de pul
uere egenum ⁊ de ſtercore erigit pauperem
vt ſedeat cum principibus ſcꝫ cum angeli
cis ſpiritibus ⁊ ſolium glorie teneat· Quã
gloriam tunc deo veriſſime exoluimus cum
in ãmiratione eius laudis deficimus. cum
affectus ãmirationis preualens non inue
nit verba congrua per que poſſit exprimere
quod miratur dicentes illud. Eccleſi. xliij·
Multa dicimus ⁊ deficimus verbis. conſũ
matio aũt ſermonum ipẽ eſt in omnibꝰ glo
riantes ad quid valebimꝰ· ipſe enim omꝑs
eſt ſuper omnia opera eius· terribilis domi
nus ⁊ magnus vehementer· ⁊ mirabilis po
tentia ipſius· ad talem gloriam deo exhiben
dam hortamur ibidem cũ ſtatim ſubiũgiĩ·

Glorificantes deum quantumcunq̄ poteſtis ⁊ ſupervalebit adhuc ⁊ ammirabilis magnificencia eius benedicentes ei exaltate illū quātum poteſtis. maior eſt enim omni laude et ſequitur. Ne laboreris non eñ comprehenderis Quis eñ magnificabit eum ſicut eſt ab initio multa abſcondita ſunt maiora hiſ paucа eñ vidimus opm eius. Que mirabilia intuens iob. di. Qui facit magna ⁊ inſcrutabilia ⁊ mirabilia quorum non eſt numerus. quod exponens gre. di. Diuine fortitudinis facta tunc verius explemuſ cū hec nos explere non poſſe cognoſcimus. tunc facundius loquimur cum ab his obſtupeſcendo obmuteſcimus. Ille ergo deum ſm multitudinem magnitudinis maxime laudat. q̄ ſe ſuccumbere in eius laudis expletōe cognoſcit. ¶ Secunda glīa eſt ⁊ dr̄ glīa venerationis. quā vt ſcis omnibus quorū hodie feſtum colimus exhibemus. quā tunc veraciter exoluimus ſi ymnis pſalmis ⁊ canticis ⁊ profundis ſuſpirijs. internis ſuſurrijs affectuoſis orationibus. deuotis laudibus omnes ſanctos cum omni vigilantia honoramus cupientes ſingulos ⁊ omnes laudare amplius q̄ poſſumus tanto affectuoſiuſ hec agentes quanto plures ſunt quos veneramur. di. illud iob. xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltē vos aīci mei. nec oīo dubitemus quin per eorum interceſſiones grām conſequamur. Si eñ vt ait greg. impoſſibile eſt multorum preces non exaudiri. in infinitum impoſſibilius eſt preces ſanctorum oīū non audiri. ⁊ ſi moyſes in terra adhuc poſitus vbi modicum eſt caritatis. peṙijt deleri de libro viuentium niſi culpa pplo ſibi cōmiſſo tolleretur. ⁊ ſi paulus optabat anathema eſſe pro fratribus in infinitum nūc miſericordiores facti pro nobis efficaciter intercedunt. quippe qui in eternam dei miſericordiam ſunt immerſi. De hac veneratione hortatur nos augu. di. Hinc reſonent pſalmi ꝯcrepent lectiones ⁊ alternantibus vocibus carmina miſceantur. Tercia gloria deo ⁊ ſāctis eius hodie exhibenda eſt. que etiā vocatur glīa imitationis. nec maiorem gloriam ⁊ ſāctis gratiorē poſſumus exhibere q̄ vt induentes vitam ipſorum ſequamur fideliter eorū veſtigia imitantes. quod ex perſona oīm paulus monuit Heb. vi. cū di. Cupimus vnūquēq̄ veſtrum eandem oſtēdere ſolicitudinē ad expletionem ſpei vſq̄ in finem. vt non ſegnes efficiamini verum imitatores eorū qui fide ⁊ paciēa hereditabunt promiſſiones Item ad thes. iij. Ipſi ſcitis fratres quō voſ oporteat imitari nos. neq̄ eñ gratis panē manducauimus. ſed in labore ⁊ fatigatione nocte ⁊ die operantes vt noſmetipſi formam daremus vobis ad imitandum nos ſic in pſona oīm ⁊ pro omnibuſ qui in celo ſunt clamat apꝰ ad nos de celo. inſinuans nobis ꝙ pro magna gloria accipiant ſi imitabimur eoſ ¶ Sed quō ſinguli nos omnes imitabimur cum non vna via ad regnū peruenerint. Ad quod dōm ꝙ omnes imitabim̄ ſi re ⁊ nomine ſancti erimus ſicut ipſi. Duplici aūt deuotione ſancti erimus teſtante hern. qui di. Sanctum facit affectio ſancta ⁊ ipſa gemina deuotio ſcʒ timor dn̄i ſanctuſ ⁊ amor ſanctus. Per primam deuotionem ad ſanctitatem iniciamur. per ſecundā conſūmamur. vnde de timore dicitur Eccle. iij. Qui timent dn̄m ſanctificabunt animas ſuas. Qui enim ſine timore eſt non poterit iuſtificari De hoc ergo timore tria dicuntur per ordinem ſcʒ de eius acquiſitione. acquiſiti timoris promotione, pmoti timoris ſanctificatione. De primo ſciendum ꝙ timorem gratuitum per nos ⁊ a nobis acquirere non poſſumus cum ſit primum de ſeptis donis ſpiritusſācti ſed habilitare nos poſſumꝰ vt hoc donum nobis a dn̄o infunda. ut qō facilimum eſſet ſi aptos oculos haberemus vt ſingula dāna ⁊ pericula videremus. quocūq̄ enim conſiderationis noſtre oculos vertimus timoris materiam inuenimus Si eñ ſupra nos oculos attollimus inuenimꝰ ibi iuſtum iudicem deum qui nullum vnq̄ diſſimulauit puluerem peccatorum. ex quo intuitu ſanctus iob. deū timuit di. ix. Verebar oia opera mea ſciens ꝙ non parceret delinquenti. quod exponens greg. di. Delinquēti neq̄ q̄ parcit deus quia delictū ſine vltione nō deſerit. hinc iere. x. Quis non timebit te o rex iſrael. Si vero poſt tergum reſpicimus videmus turbam magnam q̄ dinumerare nemo poterit ex omnibus peccatis ⁊ negligentijs que ſub celo ſunt. que ex commiſſione mali ⁊ obmiſſione boni commiſimus inceſſanter quorum nullum vnquam remānet impunitum. Hinc iob. xx. Vtet omnia que fecit. Item Eccleſia. xij. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato ſiue bonum ſiue malum ſit. Si autem ante nos conſiderationem reflectimus videmus mortem periculoſam ⁊ ſententiam formidoloſam. de quibus Eccleſia. vij. Fili memorare nouiſſima. t. ⁊ in et. nō eccetera de quo bernardus Mortis horrorem. iudicij tremendum valde diſcrimen ab oculis cordis elongari nullatenus patiaris Si vero infra reſpexeris videbis infernum profundis faucibus hyantem atq̄ ardentem. Aſſer aſſer infige verubus male bullientibus immenſe caldaribus. Si vero circumſpexeris videbis te a dextris ⁊ a ſiniſtris poſitum in mille periculis. de quibus dicit bernardꝰ Cogita peregrinationis tue miſeriam vite humane pericula propriam fragilitatem. procliuem te ad vicia inualidum ad virtutes. Si vero interius te conſpexeris inuenies te ebreutum defectibus infinitis clamās in celum cum apoſtolo Ro. vij. Infelix ego homo quis me liberabit de carcere mortis huius. His ſi nos humiliauerimus infundet deus timoris gratiam ſine mora. et ſic patet primum membrum. ℞ Secūdo dicendum eſt de acquiſiti timoris promotione. De quo ſciendū ꝙ timor iſte paſſu triplici promouetur. Primo enim ex dei gratia ⁊ noſtra humilitate ingreditur progreditur egreditur. Ingreſſum ergo ſi promouere volumus eo adiuuante omnia mala que inuenit expellamus hoc enim eſt primum opus timoris cum ingreditur. ſic eñ dicitur Eccle. i. Timor domini expellit peccatum. ⁊ auguſtinus. Timor domini eſt fuga mali ⁊ ſic timor ingreſſus promouetur ſi per eum peccatum expellamus. Secundo timor progreditur per profectum. quem tūc promouemus ſi bonum operamur ⁊ operata multiplicamus. hinc Eccle. Qui timet deum faciet bona ⁊ iterum. Qui timet deū nihil negligit. Tercio timor egreditur qui tunc promouetur ſi loco eiuſdem egredientis caritas introducatur. hinc iterum Eccl. Timor domini preparat corda. Preparat autem corda caritati ſubſequenti. hinc bern. Sicut ſeta primum ingreditur. poſt ſe filum inducit. ſic timor primum corda ingreditur vt poſt ſe trahat caritatem. ſic patet quomodo timor ingrediens promouetur p mali expulſionem. progrediens per boni operationem. egrediens per caritatis introductionem. ¶ Tercio dicendum eſt de timoris fructificatione ſiue vtilitate. De quo ſciendum ꝙ tres fructus optimos ex eius habitu conſequimur ſcilicet vite religioſe edificationem. diuinam conſolatōeʒ gratie conſeruationem. Primo dico timor edificat in nobis vitam religioſam. Hinc Eccle. Timor domini eſt ſcientie religioſitas. ⁊ ideo conſulitur accedentibus ad religionem timor domini. cum dicitur. Fili accedens ad ſeruitutem dei. ſta in timore. hic bernardus. Sine hac gratia gratiarum prima qui totius religionis exordium eſt nullum bonum pullulare poterit vel manere. Omne enim virtutum edificium vergit in precipitium ſi huius gratie amiſerit fundamentum. quid plura. connexa ſunt timor ⁊ religio. nec alterum poteſt ſine altero retinanere. per timorem enim mundo renunciamus noſmetipſos abnegamus. crucem noſtram poſt dominum portamus. Secundꝰ fructus eſt diuina conſolatio. hinc Eccleſia. Timor domini delectabit cor ⁊ dabit leticiam ⁊ gaudium in longitudine dierum. hic Eſa. lxvi. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum ⁊ contritum ſpiritu ⁊ trementem ſermones meos. Tercius fructus timoris eſt gratie conſeruatio. Eſt enim quaſi quoddam recluſorium ⁊ vas ſolidum in quo grēſi que date fuerint conſeruantur. hinc iterum Eccle. Timenti deum non occurrent mala ſed in temptatione illum deus conſeruabit. hinc bern. In veritate didici nihil tam efficax eſſe ad gratiam promerendam conſeruandam ⁊ recuperandam. q̄ ſi inueniaris omni tempore non altum ſapere ſed timere Time ergo cum arriſerit gratia. time cum abierit. time cum denuo reuertetur. time cū

tepueſcit.ne non digne opꝛetis ex ea.ſʒ mul
to amplius timendum cum ſubtracta fue/
rit quaſi moꝛ caſurus. contremiſce deo vt
ſentis tibi iterato.ꝙ ſi reciprocata redierit
multo amplius timendum ne contingat re
cidiuum pati.ne tanto deterius nobis con/
tingat quanto crebrius gratia eſt donata
S. Secunda deuotio nos ſanctificans
eſt ſanctus amoꝛ.ſine quo penitus nihil eſt
ſanctum.hinc auguſtinus.nihil nos ita ad
ſanctificationem perficit ſicut ſanctuſ amoꝛ
De hoc amoꝛe ſimiliter tria dicantur ſcilʒ
quomodo acquiratur pꝛomoueatur ⁊ perfi
ciatur. Acquiritur autem ex dono dei non no
ſtris conatibus nec ſubtilitatibus quia cuʒ
inter dona dei ſit nobiliſſimuʒ nec pꝛece nec
pꝛecio comparari poterit ſed ſolum a deo do
nari qui dat illud cui vult.quando vult quo
modo vult. ⁊ hoc eſt quod ait apoſtolꝰ Ro.
v.Caritas dei diffuſa eſt in coꝛdibꝰ noſtris
a quo autem infundatur ſtatim ſubiungit
cum dicitur.per ſpiritumſanctum qui datꝰ
eſt nobis.non ergo noſtris laboꝛibus acqui
ritur ſed per ſpiritumſanctum infunditur.
Hinc bernardꝰ di.Amoꝛem dei in homine
genitum ex gratia dei.vnde ſicut pꝛimo ho/
mini inſpirauit ſpiraculum vite dans ei in
hoc vitam coꝛpoꝛalem ⁊ ſic factus eſt homo
in animam viuentem.ſic ad iuſtificandum
ſiue viuificandum hominem ſpūalem in/
ſpirat ei amoꝛem.dicit enim bern̄. O vita
hominis eſt amoꝛ dei. Hinc iterum bernar.
Amoꝛ dei vel amoꝛ deus ſpirituſſanctus ho
mini ſe infundens afficit eum ſibi ⁊ amans
ſemetipſum de homine deus vnum ſecū ef/
ficit ⁊ ſpiritum eius ⁊ amoꝛem eius. Unde
ſicut coꝛpus non habet vnde viuat niſi de
ſpiritu.ſic affectus hominis qui amoꝛ dicitꝰ
non viuit.hoc eſt non amat deum niſi de ſpi
ritu ſancto.Secundo dicendum eſt quomō
amoꝛ infuſus pꝛomoueatur.cum enim infu
ſus (tanq̄ȝ infans nouiter natus) tenerrimꝰ
ſit facilime extinguitur niſi pijs exercitijs ⁊
bonis actibus tanq̄ȝ cibis nutriatur.quod
quomodo fieri debeat oſtendit ber.cum di.
Amoꝛem dei in homine ex gratia genitum.
lectio lactat.meditatio paſcit.oꝛatio confoꝛ
tat ⁊ illuminat. Amoꝛ ergo nouiter infuſus
tanq̄ȝ adhuc tenellus lectione lactatur.Sic
enim dicebat apoſtolus nouiter regenera/
tis cum lectionem ep̄le eis ſcribens dixit iꝰ
Coꝛ.iij. Tanq̄ȝ paruulis in chꝛiſto lac vo
bis potum dedi non eſcam.nondum enim
poteratis intelligere ſed nec nūc quidem po
teſtis. T Quomodo aūt ſit intelligē
dum vt amoꝛem nouiter infuſum lactemuſ
docet bern̄.ponens triplicem regulam. Pꝛi
mo enim docet certe lectioni inſiſtendū eſſe
Secundo de lecta lectione aliquid me/mo/
rie cōmendandum. Tercio timoꝛ ē dn̄i ſup/
ponendum. Pꝛimo dico certis hoꝛis certe
lectioni vacandum eſt. Foꝛtuita enīʒ lectio
⁊ varia ⁊ quaſi caſu repta non edificat. ſed
reddit aīm inſtabilem. Scd̄o de lectione q̄
tidiana aliquid quotidie in ventrē mēoꝛie
eſt dimittendum.quod rurſum reuocatum
crebꝛiꝰ ruminetꝰ vt fideliter digeratur ⁊ qd̄
etiam pꝛopoſito conueniat. Tercio in omni
bus ſcripturis inicium legenti dʒ eſſe timoꝛ
dn̄i.vt in eo pꝛimum ſolidetur intentio le/
gentis Intentōni enim lectio deſeruit.ſi enī
vere deum querit qui legit.oīa que legit co/
opantur ei in bonū ⁊ captiuat ſenſum legē
tis ⁊ in ſeruitutē redigit oēʒ intellectum in
obſequium xp̄i. Scd̄o amoꝛ lactatus lectōe
paſci debet meditatione. Sic enī agitur cū
puulis.qui cum pꝛimo naſcunt lacte nutri
untur.qui in ꝓuecta etate pane tanq̄ȝ ſolidi
oꝛe cibo veſcuntur.ſic amoꝛ nouiter infuſuſ
lectione tanq̄ȝ lacte potatur.qui robuſtioꝛ fa
ctus meditatione tanq̄ȝ ſolidioꝛe cibo nutri
atur V O ſi dixeris quid ſit meditā/
dum.dico ꝙ infinita de hoc occurrit nobis
materia Debemuſ.n.meditari mala q̄ com
miſimus.bona q̄ accepimꝰ ⁊ pꝛecipue deū
quāto viciniꝰ poſſumus cōtinuo meditemꝰ
Sic enī dr̄ deutero. Caue diligenter ne vn
q̄ȝ obliuiſcaris dn̄i dei tui. Similiter medi
temur pꝛecepta dei vt faciamꝰ.pꝛohibita vt
caueamus. Silr̄ dn̄i paſſionē ⁊ omnē car/
nis ſue diſpenſatōeʒ a nr̄a memoꝛia recede
re nullatenꝰ patiamur De his ⁊ ſilibꝰ medi
tatōibus hoꝛtatꝰ nos deus di. deuteron̄.vi.
Erunt verba q̄ ego pꝛecipio tibi in coꝛde tuo
⁊ meditaberis ſedēs in domo tua ⁊ ambulāſ
in itinere.doꝛmiens atq̄ȝ cōſurgens ſcribenſ
ea in limine ⁊ oſtijs domus tue. ſic enī de bea
to viro dr̄ in p̄s. Qui in lege dn̄i meditatꝰ
die ac nocte. Sic etiā quod in lectione legi/
mus ꝑ fidelē meditatōʒ poſtea ruminandū
eſt.vt ſimus munda aīalia dei noſtri Tercō
amoꝛ per lectionē lactatus meditatōne cibatus.
deuotoris eſt oꝛationibus confoꝛtandus
⁊ illuminandus.quod quāto crebꝛius agi/
mus tanto in nobis foꝛtioꝛ erit amoꝛ.quod
in nobis ꝑficiat dn̄s q̄ eſt benedictus in ſcl̄a.

·XCIX· De eodem ſermo quartus.

Eati qui habi
tant in domo tua dn̄e.in ſcl̄a ſe
culoꝝ laudabūt te p̄s. Di.boe/
tius.iij.li.de cōſo.ꝓſa.ij. Omnis moꝛtaliuʒ
cura quā multipliciū ſtudioꝝ laboꝛ exercet.
diuerſo quidem calle ꝓcedit ſed ad vnū tn̄
beatitudinis finem nititꝰ ꝑuenire. Id aūt ē
bonum quo quis adepto.nihil vlteriꝰ deſide
rare queat Ad quod cū oīs hō tam natu/
raliter quā gratuite ꝑuenire deſiderat.ido
in huius diei euangelica lectione dn̄s ſalu/
tem noſtram deſiderans ſcalā nobis erexit
in qua duce gratia ad beatitudinem poſſu/
mus peruenire. X Eſt aūt ſciendū ꝙ
triplex eſt beatitudo largo ſumpto noīe.a q̄
denoīatiue hoīes dicuntur beati. Sunt aūt
beati qui ad regnum celoꝛum ſunt vocati.
beatioꝛeſ qui re ⁊ noīe a beatitudine ſunt de
noīati.beatiſſimi qui in celeſti regno iā ſunt
locati. De pꝛimis dr̄ apoc.xix. Beati qui ad
cenam nuptiarum agni ſunt vocati.de ſcd̄iſ
dr̄ ma t.v.Beati pauperes ſpiritu ⁊c̄.de ter
cijs dr̄ verbum ꝓpoſitum.ſ.beati q̄ hītant in
do.t.⁊c̄.pꝛimā ⁊ vltimā relinquentes de ſe/
cunda beatitudine qd̄ dominꝰ dederit ꝓſe/
quentes. Deus itaq̄ȝ ſalutem noſtram deſi
derans ſublimioꝛem viam nobis pꝛoponit
per quam ad maximā vite ſanctitatē in hoc
tempoꝛe ⁊ maximum pꝛemium quod datu
rus eſt deus in patria poſſumus peruenire.
cuius doctrine excellentia in foꝛma ꝓpoſite
lectōnis euidentiſſime declaratur.in q̄ ſic dr̄
Uidens ieſus turbas aſcendit in montē ⁊c̄
In quibus vt diximus huius vie ſublimi/
tas declaratur. Nā in turbe relictōe.montiſ
aſcenſione.ſaluatoꝛis ſeſſione.diſcipuloꝝ ac
ceſſione.oꝛis apꝛtione innuitꝰ ꝙ ſup̄ moduʒ
doctrinā maximā ⁊ dignitatē excellentiſſimā
erat docturus.quam per modū ſcale octo
gradibus inſcriis ꝓponit ita di. Beati pau/
peres ſpū cuius beatitudīs cām ſubiungit
cū di. Qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ de his pau
ꝑibꝰ dr̄ ꝓuer.x. Melioꝛ ē pauꝑ ſufficiens ſi
bi q̄ȝ glo/ſus indigens pane.de q̄ ibidem dr̄
xiij. Eſt quaſi diues cum tn̄ nihil hēat.⁊ ē
quaſi pauꝑ cū in multis ſit diuitijs.de qua
pauꝑtate di.ber. Quid tā abſconditū.ocultū
tā inauditū ⁊ difficile ad credendū.q̄ȝ pau
ꝑtatē eē btā3 cū pene oēs pauꝑes ab oībus
infelices reputentꝰ. Attn̄ veritas loquitur q̄
nec falli nec fallere pōt.ſapīa loquitꝰ q̄ oīm
que ſunt in celo ⁊ in terra iuſtā hʒ cōſidatōʒ
eſtimatiōeʒ.⁊ ꝓponderatōʒ ip̄a eſt q̄ dicit. Be
ati pauꝑes ſpū. Sic vos inſenſati filij adā.
diuitias querētis.diuitias deſiderātis vſq̄ȝ
adhuc cū iam beatitudo pauꝑum diuitꝰ ſit
cōmendata.ꝑdicata ſit in mundo ⁊ credita
ſit hoībꝰ. Querat eos paganus.qui ſine dō
viuit.q̄rat iudeꝰ qui terrenas poſſeſſioneſ ac
cepit pꝛo munere. Sed q̄ fronte magis aut
q̄ mente xp̄ianus diuitias q̄rat.poſtq̄ȝ xp̄s
eterna veritas.dei ſapīa. beatos pauperes
pꝛedicauit Quouſq̄ȝ ḡ filij alieni vanitatē
loquetꝰ os veſtrum ⁊ vt beatū dicatis ꝓplm
cui hec ſunt.cū filius dei aperiens os ſuum
locutus ſit veritatē.beatos eſſe pauperes.⁊
ve diuitibus. Y Uera aūt pauꝑtas in
tribꝰ conſiſtit.ſ.in ꝓfunda hūilitate deſpecta
contēptibilitate ⁊ reꝝ deſerabilitate.ꝑ qbꝰ
tꝛe pauꝑes tria maxīa bona recipiēt.q̄ deus
dare poterit in celo ⁊ ī terra.in p̄nti ꝙ̄e inm
dicio ⁊ in celo. Nā ex ꝓfunda hūilitate dat
eis deus optimū qd̄ in hac vita dare poterit
ſcʒ grāʒ.ſic enī di.ia.iiij. Deꝰ ſupbis reſiſtit
hūilibꝰ aūt dat grāʒ.ꝑ ſcd̄o.i.dſpecta ꝯtēp
tibilitate dat dn̄s optimū qd̄ dare poterit in
iudicō.ſ.iudiciariā ꝑtātē vt aſſeſſores cū xp̄o
iudicēt totū mūdʒ.vt ſic ipi viles ⁊ abiecti ſūt
ab hoībꝰ iudicati.ſic ipi ſublimiū colla ꝓpa
virtute calcabūt.q̄ ſic ꝯculcati dicētꝰ in iuditō
illud Sap̄.v. Hi ſūt q̄s aliq̄n hūimꝰ in de
riſum ⁊ in ſimilitudinem impꝛoperij. nos
inſenſati eſtimabamꝰ vitam illoꝝʒ inſaniā
⁊ finem illoꝛum ſine honoꝛe.ecce quomodo

computati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorum eſt cui conſonat illud yſa. lx. vultu in terra demiſſo adorabunt te ⁊ puluerem pedum tuorum lingent. Pro tercio ſcilicet rerum defectibilitate dat deus optimum quod eſt in regno. Optimum autem eſt non quelibet porcio regni ſed totum regnum. propter quod dicitur in preſenti. beati pauperes ſpiritu ⁊c. Hoc etiam predictis eſt adijciendū ꝙ hec paupertas nō ſolum debet eſſe in rerum delictione ſed etiā in fruitionis abdicatione ſunt enim multi qui volunt eſſe humiles ſine deſpectu. pauperes ſine defectu De qua paupertate dicit beatus auguſtinus in ſermone. xiiij. qui incipit Ut nobis per literas ⁊c. Licet me in cathedra epiſcopali videatis paupertatem tamen mihi coram ſponſam habere congratulor. quia ipa eſt chriſti ſponſa. ſanctoꝝ poſſeſſio. beatorum vita. fidelium ſecuritas. decorum ornamentum. monachoꝝ vita. nobilium pulcritudo. diuitum magnificentia. hec eſt illa ſancta paupertas quā qui tenet ⁊ amat. nulla indigētia laborare poteſt. ipa enim eſt ſperantibus in ſe theſauruſ in paupertate. ſolacium in ſolitudine. gloria in abiectione. honor in contemptu. vmbraculuꝫ in omni protectione. Tunc vere pauperes eritis. tunc vere beati. tunc benigni. tunc obedientes. tunc veraces. tunc nō ficti. tunc ab omni malo ignari. ſi corde ⁊ opere pauperes inueniamini. Eſtote ergo pauperes. qm̄ exaudiuit pauperes. dominus ⁊ depreca hꝫ ⁊c. Et iterum auguſtinus in alio ſermone qui incipit O ſi et cetera. ⁊ eſt ſermo ſecundus vbi dicit. O beata paupertas. vbiqꝫ pacis plena. vbiqꝫ ſecura. vbiqꝫ illeſa. vbiqꝫ cunctorum amica. nam qui te amat veram pacē amat. ⁊ qui te non amat tranquillitatem penitus ignorat Z Secundo beati dicūtur mites. cum dicitur beati mites. huiꝰ beatitudinis cauſa ſtatim ſubiungitur cum infertur. qm̄ ipi poſſidebunt terram quā terrā Bern̄. de corpore noſtro exponit ſic di. Hāc terram ego corpus noſtrum intelligo quod vult poſſidere anima. ſi regnare deſiderat ſupra membra ſua. neceſſe eſt vt ſit ipa minis ⁊ ſuperiori ſuo ſubiecta. quoniā tale inuenit ſuum inferius. quale ſe exhibuit ſuo ſuperiori. armatur enim creatura adulciſcendum creatoris ſui iniuriam. ⁊ ideo nouerit anima que rebelle inuenit corpus ſuum. ſe minuſqꝫ debuerit ſuperioribus poteſtatibus eſſe ſubiectam. manſueſcat ergo ⁊ miteſcat ⁊ humilietur ſub potenti manu altiſſimi ad omnem corporis ⁊ ſpiritus moleſtiam pie ⁊ benigne ⁊ cum omni manſuetudine ſine omni impaciencia ⁊ murmure ſufferendaꝫ quod ſi fecerimus continuo corpus noſtrū inueniemus obediens ⁊ ſubiectum. Ueritas enim eſt que promittit. Beati mites qꝛ tiiam ipi. poſ. t. Hec autem beatitudo neceſſe ſequitur ad premiſſa. quia vt ait Bernardus. Pauperibus delinquentibus omnia propter deum. prima ſolet occurre temptatio de moleſtijs ⁊ afflictōe carnis Quid autem paupertas proderit ſi pauper propter deum factus in murmurationem ⁊ impaciētiam propter penuriam defectuum deuenerit factus exaſperans ⁊ impatiens diſcipulus. ⁊ ideo conuenientiſſime poſt regni ꝓmiſſionem quod pro paupertate promittitꝰ ad regnum datur ſuper corpus noſtrum in arram ⁊ in viaticum. vt ſecundum promiſſionem ſcripture promiſſionem habeamus vite eius que nunc eſt pariter ⁊ future. vt d exhibitione preſentium certa ſit ⁊ firma expectatio futurorum. ne in mititate impatiētes facti. primam promiſſionem ſcilicet regnum celorum perdamus. A De hac ergo beatitudine tria breuiter percurramuſ Primo dicamus de eius deſcriptione. ſecūdo de eius exercitatione. tercio de eius nobilitate. In his enim tribus totam virtutem huius beatitudinis cognoſcemus deſcribitur autē ſic. Manſuetudo ſiue mititas. eſt animi tranquillitas. que nulla incurrentiū rerum tribulatione agitatur domeſtici animi tranquillitas Item alia deſcriptio Manſuetudo eſt dulcedo animi. que nulla amaritudine vincitur Hinc mitis dicitur queꝫ nulla aſperitas afficit ſed amaritudinem vt dulcedinem equanimiter portat. Unde mititas eſt ſignum plene ſanitatis corporis et anime. et ideo dicitur terram corporis ſui potenter vt dominus poſſidere.



quia malum vt bonum. amarum vt dulce ſuſcipit indifferenter. Secundo dicendum eſt de eius exercitatione que iam tacta eſt in parte. Hec autem mititas in tribus exercitijs continetur Omnia enim aduerſa aut a deo. vel a proximo. vel ab aduerſario ſuſtinemus. Qui ergo hanc beatitudinem conſequi deſiderant. neceſſe eſt vt aduerſa que a deo. ſine murmuratione. que a proximo. ſine mali retributione. que ab aduerſario. ſine cōſenſus indinatione ſufferantur. ita vt nulla furoris accenſione turbentur. nec morōda impatientia agitentur ſed in animi bonitate iugiter perſeuerent. Tercio dicēdū ē de eiꝰ nobilitate cuiꝰ nobilitas ex hoc pꝫ. qꝛ eiꝰ magiſteriū deꝰ ſibi ꝑ ceteris tantum hꝫ ſua uit. di. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ hūil corde. Secūdo quia mites ſingulariter placent deo. hinc Eccle. i. dicitur. Beneplacituꝫ eſt deo fides ⁊ manſuetudo. vnde quia moiſes fuit māſuetiſſimuſ. ideo ſingulariter meruit pre ceteris prephetis ⁊ patribus domini familiaritatem. hinc numeri. xij. dominꝰ ad aaron ⁊ ad mariam dixit. Si quis fuerit inter vos propheta domini in viſione apparebo ei vel per ſomnium loquor ad ipm. at nō talis ſeruus meus Moyſes qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. ore enim ad os loquor ei palā ⁊ non per enigmata ⁊ figuras deum vidꝫ. Cuius gratie aliam cauſam nō legimus niſi quia ibidem dicitur Erat moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes qui morabantur in terra. B Sequitur tercia beatitudo ſcꝫ beati qui lugent qm̄ ipi conſolabuntur. que neceſſario ſequitur ad predicta. vt cum pene impoſſibile ſit quin moleſtia paupertati impacia mititati interduꝫ aliquid ſurripiat per deuotionem luctus ne predicte due beatitudines euacuentur abluatur Uerum quia in precedentibus de virtute ⁊ efficatia luctus dcꝫ eſt. ideo hanc particulam obmittentes de conſolatione que ꝓmittitur luctui aliquid breuiter differamuſ ſcꝫ de conſolationis diuerſitate. ſecuritate ⁊ veritate. Diuerſitas autem conſolationis que luctui promittitur. ex diuerſitate trahitꝰ luctus. Alij enim lugent ex contritione. alij ex compaſſione. alij ex deuotione. ⁊ ſecundū hanc diuerſitatem etiā conſolatio variatur Lugentes aūt ex contritione conſolantur ꝑ ſpem venie ⁊ remiſſionem. Lugentes vero ex compaſſione conſolantur per ſpem de dei miſeratione. Lugentes vero ex deuotione ꝯſolantur de interna dei dilectione. de luctu qui fit ex contritione dicit beatus auguſtinꝰ in ſer. x. qui incipit. Scitote fratres. Accipite inquit fratres compunctionem que ſanitas eſt animarum remiſſio peccatorum. ſacrificiuꝫ ſpirituale. quod deo ſumme placet Et infra in eodem. O compunctio qꝫ ſancta ⁊ mirabilis predicaris. tu ſpirituale lauacrum. tu es flagellum dei per quod deus mitigatur. tu ſtimulus per quem deus ad hominem inclinatur. tu ligamentum per quod deus fortiter aſtringitur Et iterum in eodeꝫ O lacrima mentem purgans. intentionem fecundans. conſcientiam irrigans. animas ſanctificans que motus illicitos extinguit paradiſum aperit. infernum claudit. mundum deſpicere in cunctis facit. O felix lacrima que carnalem cogitationem extinguiſ peccatorum morbos expellis ⁊ virus culpe euomis. Secundo dicendum eſt de conſolationis ſecuritate que trahitur multipliciter ex ſcriptura. Hinc eſt quod dicitur Thob. Hoc procerto habet omnis qui colit te. qꝛ ſi vita eius in probatione fuerit coronabitꝰ ſi in tribulatione fuerit liberabitur. quia pꝰ tempeſtatem tranquillum facis ⁊ poſt lacrimationem ⁊ fletum. gaudium ⁊ exultationem infundis. Hinc apoſtolus Benedictꝰ deus. vſqꝫ qui conſolatur nos in omni tribulatōne noſtra. Tercio dicendum eſt de cōſolationis veritate. Uera autem conſolatio conſiſtit in diuine preſentie fruitione. nam de omni creaturarum conſolatione di. iob. Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. ſuper quo gregorius. Uera conſolatio eſt. que de creatore non de creatura concipitur. ad quam conſolationem veram a falſis diſcernendaꝫ dicit dominus per prophetam. Ecce ego ipſe conſolabor vos. de qua dicit bernardus. Quid eſt conſolatio: gratia deuotionis ⁊ ſuauiſſima delectatio boni ⁊ guſtꝰ ſapientie licet exiguus. quibus interim benignus dominus afflictam refrigerat aiam

computati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſan/
ctos ſors illorum eſt cui conſonat illud yſa.
dix. vultu in terra demiſſo adorabunt te ⁊
puluerem pedem tuorum lingent. Pro ter/
cio ſcilicet rerum defectibilitate dat deus
optimum quod eſt in regno. Optimum
autem eſt non quelibet porcio regni ſed to/
tum regnum. propter quod dicitur in pre/
ſenti. beati pauperes ſpiritu ⁊c. Hoc etiam
predictis eſt adiciendū ꝙ hec paupertas nō
ſolum debet eſſe in rerum relictione ſed etiā
in fruitionis abdicatione ſunt enim multi
qui volunt eſſe humiles ſine deſpectu. pau
peres ſine defectu De qua paupertate dicit be
atus auguſtinus in ſermone. xxiij. qui inci/
pit Ut nobis per literas ⁊c. Licet me in ca/
thedra epiſcopali videatis paupertate. n ta
men mihi coram ſponſam habere congratu
lor. quia ipa eſt chriſti ſponſa. ſanctoruꝫ poſ
ſeſſio. beatorum vita. fidelium ſecuritas. de
ricorum ornamentum. monachoꝝ vita. no
bilium pulcritudo. diuitum magnificentia.
hec eſt illa ſancta paupertas quā qui tenet
⁊ amat. nulla indigēcia laborare poteſt. ipa
enim eſt ſperantibus in ſe theſaurus in pau
pertate. ſolacium in ſolitudine. gloria in ab/
iectione. honor in contemptu. vmbraculuꝫ
in omni protectione. Tunc vere pauperes
eritis. tunc vere beati. tunc benigni. tunc obe
dientes. tunc veraces. tunc nō ficti. tunc ab
omni malo ignari. ſi corde ⁊ opere pauperes
inueniamini. Eſtote ergo pauperes. qm̄ ex
audiuit pauperes. dominus ⁊ depreca ⁊c.
Et iterum auguſtinus in alio ſermone qui
incipit O ſi et cetera. ⁊ eſt ſermo ſecundus
vbi dicit. O beata paupertas. vbiq; pacis
plena. vbiq; ſecura. vbiq; illeſa. vbiq; cun/
ctorum amica. nam qui te amat veram pacē
amat. ⁊ qui te non amat tranquillitatem pe
nitus ignorat Z Secundo beati dicū
tur mites. cum dicitur beati mites. huiꝰ be/
atitudinis cauſa ſtatim ſubiungitur cum in
fertur. qm̄ ipi poſſidebunt terram quā terrā
Bern̄. de corpore noſtro exponit ſic di. Hāc
terram ego corpus noſtrum intelligo quod
vult poſſidere anima. ſi regnare deſiderat
ſupra membra ſua. neceſſe eſt vt ſit ipa mi/
tis ⁊ ſuperiori ſuo ſubiecta. quoniā tale inue
nit ſuum inferius. quale ſe exhibuit ſuo ſu/
periori. armatur enim creatura adulaſcen
dum creatoris ſui iniuriam. ⁊ ideo nouerit
anima que rebelle inuenit corpus ſuum. ſe
minus q; debuerit ſuperioribus poteſtatibus
eſſe ſubiectam. manſueſcat ergo ⁊ miteſcat
⁊ humilietur ſub potenti manu altiſſimi ad
omnem corporis ⁊ ſpiritus moleſtiam pie
⁊ benigne ⁊ cum omni manſuetudine ſine
omni impacientia ⁊ murmure ſufferendaꝫ
quod ſi fecerimus continuo corpus noſtrū
inueniemus obediens ⁊ ſubiectum. Veri/
tas enim eſt que promittit. Beati mites q̄/
niam ipi poſ. t. Hec autem beatitudo ne/
ceſſe ſequitur ad premiſſa. quia vt ait Ber/
nardus. Pauperibus relinquentibus om/
nia propter deum. prima ſolet occurre tem/
ptatio de moleſtijs ⁊ afflictōe carnis Quid
autem paupertas proderit ſi pauper propt̄
deum factus in murmurationem ⁊ impaci
enciam propter penuriam defectuum deue/
nerit factus exaſperans ⁊ impatiens diſci/
pulus. ⁊ ideo conuenientiſſime poſt regni ꝓ
miſſionem quod pro paupertate promittit
ad regnum datur ſuper corpus noſtrum in
arram ⁊ in viaticum. vt ſecundum promiſ
ſionem ſcripture promiſſionem habeamus
vite eius que nunc eſt pariter ⁊ future. vt ō
exhibitione preſentium certa ſit ⁊ firma ex/
pectatio futurorum. ne in mititate impaciē
tes facti. primam promiſſionem ſcilicet re/
gnum celorum perdamus. A De hac
ergo beatitudine tria breuiter percurramus
Primo dicamus de eius deſcriptione. ſecū
do de eius exercitatione. tercio de eius nobi
litate. In his enim tribus totam virtutem
huius beatitudinis cognoſcemus deſcribi/
tur autē ſic. Manſuetudo ſiue mititas. eſt
animi tranquillitas. que nulla incurrentiū
rerum tribulatione agitatur domeſtici ani/
mi tranquillitas Item alia deſcriptio Mā
ſuetudo eſt dulcedo animi. que nulla ama/
ritudine vincitur Hinc mitis dicitur queꝫ
nulla aſperitas afficit ſed amaritudinem vt
dulcedinem equanimiter portat. Unde
mititas eſt ſignum plene ſanitatis cor/
poris et anime. et ideo dicitur terram cor/
poris ſui potenter vt dominus poſſidere.



quia malum vt bonum. amarum vt dulce
ſuſcipit indifferenter. Secundo dicendum
eſt de eius exercitatione que iam tacta eſt
in parte. Hec autem mititas in tribus exer
cicijs continetur Omnia enim aduerſa aut
a deo. vel a proximo. vel ab aduerſario ſuſti
nemus. Qui ergo hanc beatitudinem con/
ſequi deſiderant. neceſſe eſt vt aduerſa que
a deo. ſine murmuratione. que a proximo.
ſine mali retributione. que ab aduerſario.
ſine cōſenſus inclinatione ſufferantur. ita vt
nulla furoris accenſione turbentur. nec mor
daci impaciencia agitentur ſed in animi bo
nitate iugiter perſeuerent. Tercio dicēdū ē
de eiꝰ nobilitate cuiꝰ nobilitas ex hoc pꝫ. qꝛ
eiꝰ magiſteriū deꝰ ſibi p̄ ceteris retinuit ſua
uit. di. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ hūil
corde. Secūdo quia mites ſingulariter pla
cent deo. hinc Eccle. i. dicitur. Beneplacituꝫ
eſt deo fides ⁊ manſuetudo. vnde quia moi
ſes fuit māſuetiſſimus. ideo ſingulariter me
ruit pre ceteris prephetis ⁊ patribus domi/
ni familiaritatem. hinc numeri. xij. dominꝰ
ad aaron ⁊ ad mariam dixit. Si quis fuerit
inter vos propheta domini in viſione ape/
ho ei vel per ſomnium loquor ad ipm. at nō
talis ſeruus meus Moyſes qui in omni do
mo mea fideliſſimus eſt. ore enim ad os lo/
quor ei palā. ⁊ non per enigmata ⁊ figuras
deum vidꝫ. Cuius gratie aliam cauſam nō
legimus niſi quia ibidem dicitur Erat mo
yſes vir mitiſſimus ſuper omnes qui mo/
rabantur in terra. B Sequitur ter/
cia beatitudo ſcꝫ beati qui lugent qm̄ ipi con
ſolabuntur. que neceſſario ſequitur ad pre/
dicta. vt cum pene impoſſibile ſit quin mo/
leſtia paupertati impacia mititati interduꝫ
aliquid ſurripiat per deuotionem luctus ne
predicte due beatitudines euacuentur ablu
atur Uerum quia in precedentibus de vir/
tute ⁊ efficacia luctus dcꝫ eſt. ideo hanc par
ticulam obmittentes de conſolatione que ꝓ
mittitur luctui aliquid breuiter diſſeramus
ſcꝫ de conſolationis diuerſitate. ſecuritate ⁊
veritate. Diuerſitas autem conſolationis
que luctui promittitur. ex diuerſitate trahit̄
luctus. Alij enim lugent ex contritione. alij
ex compaſſione. alij ex deuotione. ⁊ ſecundū
hanc diuerſitatem etiā conſolatio variatur
Lugentes aūt ex contritione conſolantur ꝑ
ſpem venie ⁊ remiſſionem. Lugentes vero
ex compaſſione conſolantur per ſpem de dei
miſeratione. Lugentes vero ex deuotione ꝯ
ſolantur de interna dei dilectione. de luctu
qui fit ex contritione dicit beatus auguſtinꝰ
in ſer. x. qui incipit. Scitote fratres. Accipi
te inquit fratres compunctionem que ſani/
tas eſt animarum remiſſio peccatorum. ſa/
crificiuꝫ ſpirituale. quod deo ſumme placet
Et infra in eodem. O compunctio q; ſan/
cta ⁊ mirabilis predicaris. tu ſpirituale la/
uacrum. tu es flagellum dei per quod deus
mutat̄. tu ſtimulus per quem deus ad ho/
minem inclinatur. tu ligamentum per quod
deus fortiter aſtringitur Et iterum in eodeꝫ
O lacrima mentem purgans. intentionem
fecundans. conſcientiam irrigans. animas
ſanctificans que motus illicitos extinguit
paradiſum aperit. infernum claudit. mun/
dum deſpicere in cunctis facit. O felix la/
crima que carnalem cogitationem extinguiſ
peccatorum morbos expellis ⁊ virus culpe
euomis. Secundo dicendum eſt de conſola
tionis ſecuritate que trahitur multipliciter
ex ſcriptura. Hinc eſt quod dicitur Thob.
Hoc procerto habet omnis qui colit te. qꝛ
ſi vita eius in probatione fuerit coronabit̄
ſi in tribulatione fuerit liberabitur. quia pꝰ
tempeſtatem tranquillum facis ⁊ poſt lacri
mationem ⁊ fletum. gaudium ⁊ exultatio/
nem infundis. Hinc apoſtolus Benedictꝰ
deus. vſq; qui conſolatur nos in omni tri/
bulatōne noſtra. Tercio dicendum eſt de cō
ſolationis veritate. Uera autem conſolatio
conſiſtit in diuine preſentie fruitione. nam
de omni creaturarum conſolatione di. iob.
Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. ſu/
per quo gregorius. Uera conſolatio eſt. que
de creatore non de creatura concipitur. ad
quam conſolationem veram a falſis diſcer/
nendaꝫ dicit dominus per prophetam. Ec/
ce ego ipſe conſolabor vos. de qua dicit ber
nardus. Quid eſt conſolatio? gratia deuo/
tionis ⁊ ſuauiſſima delectatio boni ⁊ guſtꝰ
ſapientie licet exiguus. quibus interim be/
nignus dominus afflictam refrigerat aīam

animā.ſed guſtus ille nihil aliud ē q̄ȝ irrita
mentum deſiderij ⁊ incentiuum amoris·
¶ Sed quia luctus ⁊ eius conſolatio
non bonis opibus fulciatur facilime euane
ſcit ideo dominus quartam beatitudinē ſub
iungit di· Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſti
ciam qm̄ ipi ſaturabuntur· Uerum cum ſe
cundum Aug. Juſticia eſt virtus generaliſ
complectens omnes virtutes ⁊ omnem ſta
tum hoīs rectificans ꝓpter quod nullus eaȝ
pfecte ad plenum poterit operari di· Eſa· O
mnes iuſticie noſtre ſunt tanq̄ȝ pannuſ mē
ſtruate.ideo deus condeſcendens nobis hāc
beatitudinem non poſuit in opatione· ſȝ in
eius eſurie ⁊ affectione· vt cum parꝫ de iuſti
cia facere valeamus.ſaltim qui iuſticiam d
ſiderat ſit beatus De hac ergo beatitudine
duo breuiter perſtringantur ſcȝ de eſurie iu
ſticie ⁊ de ſaturatione. Eſt aūt eius eſuries
vehemens deſiderium opandi iuſticiā Ue
hemens autem dixerim vt pre nimia eſurie
omnia que poſſumus faciamus· ⁊ adhuc p̄
nimio deſiderio amplius operandi. omnia
que facimus pro nihilo reputemus· ⁊ ex ta
li eſurie deus iudicat nos beatos Hanc eſu
riem monuit dominus cum dicebat. Cum
feceritis omnia que precepta ſunt vobis· di
cite ſerui inutiles ſumus Sequitur qm̄ ipi
ſaturabuntur Saturamur aūt de omnibuſ
bonis que daturus ē nobis dominus ſi oīm
iuſticiam opere implemus· Nam ꝓpter ſolā
eſuriem iuſticie hic deſcriptā datur nobis
omne p̄mium quod daretur nobis ſi omnē
iuſticiam pfectiſſime faceremus· Nec hēm⁹
vnde cauſemur· ſed vnde tota deuotione in
gratiaꝝactione verſemur. quia ſi facimus
quod poſſumus ⁊ quod non poſſumus ſolū
modo eſurimus· benignus deus reputat o
mnia nos feciſſe.⁊ remunerat nos ac ſi oīa
opere impleſſemus· Quod cum rarum vi
deatur ideo difficulter creditur· neceſſe eſt
vt fortiſſimis auctibus hoc ꝓbemus. dicit
enim deutero. Omnē locū quem calcauerit
pes vr· vr erit. vocans pedem affectū deſide
rij· qui ſcȝ affectus ad quecunq̄ȝ bona dei ſe
nunqd deus (ſine cuius nutu non cadit fo
lium ſuꝑ terrã) duci leuitate vt pro delicijs
habeat eſſe cum filijs hoim ſine cã Neqꝫ
ſed ꝓfectum quẽ exinde electi accipiunt deli
tias ſuas vocat iuxta illud. Gaudium dñi
eſt fortitudo noſtra. Ad hoc enim ſuã cõmã
ſionem electis exhibet vt vitam ſui homĩs
id eſt xp̄i in eis tranſplantet ꝑficiet ⁊ tranſ
figuret ſicut dudũ diximus de ſurculo ⁊ de
malo qui ex virtute ſui ignobilitatem ſtipi
tis in ſe mutauit multo magis deus q̄ ma
ior eſt ⁊ fortior nobis ignobilitatem noſtre
malicie vincere poterit ⁊ in eſſe ſuum nobi
le tranſplantare. Et qꝛ vita hominis xp̄iſti
in tria diuiditur ſcilicet in operationem paſ



ſionem ⁊ reſurrectionem ideo deus manẽs
cum electis vitam eoꝝ in hec tria tranſplan
tat. ita videlicet vt ex virtute ſue operatiõis
det eis operari efficaciter. ex virtute ſue paſſi
onis det eis pati virtualiter. ex virtute ſue re
ſurrectiõis det eis affici ſpiritualiter. hec tria
tamdiu continuans quouſqꝫ hoie conante
⁊ gratia adiuuante in electis ꝑficit vitã ſuã
in tantam eos ſui ſilitudinẽ ꝑtrahens quã
ta poſſibilis eſt creature. Hec eſt eñ oĩs cu
ra ſanctoꝝ ⁊ conatus eoꝝ vt ad eum redeãt
ſilitudine a quo ſola receſſerunt diſſilitudie
ſic qꝫ operans in nobis facit nos opari. pati
ens in nobis facit nos pati. reſurgens in no
bis facit nos diuinitus afflari. vt ex eo effi
caciter opantes fiducialiter dicere poſſimus
quod naturalis filiꝰ dixit. Pater in me ma
nens ipſe facit opa. Nam de eiſdem opibꝫ
dr̃ ꝑ yſa. Oĩa opa noſtra in nobis oparus
es dñe. ipſe eñ di. Sine me nihil poteſtis
facere. qd eñ ſine deo facimus reputat̃ pe
nitus pro non facto ꝙ etiã paſſiões noſtras
ipſe patit̃ in nobis innuitur in p̄s vbi dicit̃
Cum ip̄o ſum in tribulatiõe. expreſſius tñ
in act. aploꝝ vbi ad ſaulũ dixiſſe legit̃. Sau
le ſaule quid me ꝑſequeris. electoꝝ ꝑſecuti
ones veraciter vocans ſuas. vnde gre. Deꝰ
quotidie patit̃ oẽ quod a reprobis eiꝰ ele
cti lacerant̃ ⁊ qꝫuis corꝑis ſui qd eſt eccl'ia
caput iam ſe liberꝝ ſuꝑ ethera liberauerit. de
proboꝝ tñ vulnera adhuc ꝑ ſuum qd deor
ſum retinet corpus ſentit. ſi eñ caput nr̃m
tormenta noſtra non tangerent. neqꝫ affli
ctis mẽbris ꝑſecutori ſuo de celo clamaret.
Saule ſaule quid me ꝑſequeris. Qꝛ etiam
reſurgat in nobis euidenter innuit̃ in p̄s.
vbi dicitur Exurrexi ⁊ adhuc tecũ ſum. ac
ſi dicat. Ad quẽlibet electum. exurrexi ſemel
ꝓ oĩbꝫ ⁊ in virtute eiꝰdẽ reſurrectiõis adhuc
tecũ ſum reſurgens quotidie in tua deuoti
one ⁊ quorũlibet electoꝝ. hinc berñ. Sunt
quibus reſurrexit dñs cum quibꝫ pia dul
cedine adhuc cõmorat̃ in terris qui in de
uotione ſua ſunt tota die. flent in oratõibꝫ
ſuſpirant in meditatõibꝫ. ⁊ oĩa iocũda ⁊ fe
ſtiua ſunt eis. vt ꝑ oẽs dies illos cõtinuũ
all'a dicat̃. ⁊ ſic pꝫ qũo deus opat̃ in nobis
⁊ nobiſcũ opat̃ patit̃ ⁊ reſurgit. Ex quibus

nobiſcum inꝰ. iſta reſultat vtilitas. ꝙ ex cõ
mãſione dei predicta nr̃a tria ſcꝫ opatio paſ
ſio. ⁊ reſurrectio fiant faciliora. deo accepta
biliora ⁊ in ſe nobiliora. Qꝛ aũt ſint facilio
ra ex hoc pꝫ. ꝙ vnũ qdlibet opus facilius a
duobus ꝑficit̃ qꝫ ab vno. ſic eñ dr̃ in Eccl.
Melius duos eſt eſſe ſil' qꝫ vnũ. hinc veritas
in euangelio. oĩa ſeruicia dei vocat iugũ di.
Mat. Tollite iugũ meũ ſuꝑ vos. eo ꝙ ip̄e
ſit nobis in oĩbꝫ dei opibus cõiugatus Qꝛ
etiã ſint deo acceptibiliora ex hoc pꝫ. qꝛ non
accipiunt̃ vt ab hoie opante. ſed vt a deo co
opante ⁊ ideo nullatenus pñt eſſe nõ acce
pta. qꝛ deo non pñt ſua ipſius opa diſplice
re. ⁊ ideo opa nr̃a q̄ ex ſe nõ eſſent digna lu
ce diei. ex deo coopante ſunt meritoria vite
eterne. Qꝛ etiã in ſeipſis ſint nobiliora patꝫ
ex predictis. opa eñ q̄ deus opatur ⁊ q̄ deo
ſunt accepta oportet eſſe nobilia in ſeipſis.
hinc eſt ꝙ de oĩbꝫ predictis tribus ex ꝑſona
dei ſingulis electis di. ber. In vita mea co
gnoſcere poteris vitã tuam. vt ſicut ego añ
paſſionem meã nobiliſſime operabar. in paſ
ſione amariſſime ⁊ virtuoſiſſime patiebar.
poſt paſſionẽ glioſiſſime reſurgebã. ita tu in
eiſdẽ veſtigijs incedas non declinãs ad dex
tram nec ad ſiniſtram. qd ſi facimus erit vi
ta noſtra quantũ pbas eſt ſilima vite xp̄i.
Et notandũ ꝙ ex hoc primo fructu ſcꝫ cõmã
ſionis dei oẽs ſequentes fructus pullulãt
teſtãte dño qui di. Qui manet in me ⁊ ego
in eo hic fert fructũ multũ. Quod conſide
rans ſapiens. rogabat ex corde. hanc dei cõ
manſionẽ poſtulans cũ dicebat. Da mihi
dñe ſediũ tuaꝝ aſſiſtricẽ ſapiam. vt mecum
ſit ⁊ mecũ laboret vt ſciaꝫ quid acceptum ſit
coram te omni tpe Huius fructus vtilita
tem conſiderans Augu. ſic ait. Ubi queſo
bñ poterit eſſe ſine illo. aut vbi male poterit
eſſe cum illo. Cui ſil'r dicit ber. Dñe da mi
hi ſꝑ tribulari vt mecũ ſis et mecũ labores
qꝛ melius eſt tecũ tribulari qꝫ in huius mũ
di vanitatibus ſine te infatuari Hinc de an
thonio legit̃. ꝙ cũ duris ſuſtibus eſſet ceſus
dixit. Dñe vbi eras. qui rñdit Tecũ eram.
A Secundus fructus quẽ electi dei
⁊ dilecti recipient conſiſtit in oĩm malorum
defenſiõe. vt nulla vnqꝫ creatura nec in celo

nec in terra (manu dñi eos ab oībꝰ ꝑtegen
te) nocere eis valeat. Unde quantū mundꝰ
ſeuiat dyabolus impediat caro inſaniat ma
lus odiat. hec oīa fiunt ad eoꝝ exercitatiōez
nullatenus aūt ad eoꝝ ꝑditionem. Uñ in
primis die conuerſionis dicit electis ſuis de
us illud deute. Sciens hodie ꝙ deus tuus
ipſe tranſibit añ te ignis deuorans ⁊ ꝯſumēſ
qui conterat ⁊ diſperdat hoſtes tuos añ faci
em tuā. velociter eñ precipit oī creature il
lud ps. Nolite tangere xpos meos. Hanc
fidelem cuſtodiā apl'us conſiderans dixit.
Certus ſum ꝙ neqꝫ mors. neqꝫ vita. neqꝫ
angeli. neqꝫ principatus. neqꝫ ptātes. neqꝫ
altitudo. neqꝫ ꝓfundū. neqꝫ vlla creatura
alia poterit nos ſeparare a caritate dī q̄ eſt in
xp̄o ieſu. quā ſniāꝫ apl'i. Ber. oībꝫ declarat appli
cat dī. Certi ſumus ⁊ nos cum aplō ꝙ neqꝫ
mors neqꝫ vita ⁊c. ⁊ ſubiungit. Sed atten
de quanta enumerauit. minime tñ adijciēs
nec noſipſi. Nimirum. hec eſt libertas qua
nos xp̄s liberauit vt nulla penitus creatura
auellere nos ab eo aut violēter auertere poſ
ſit. Uerum quia multe defenſiones negligē
ter ⁊ inſufficienter exhibentur. ideo deus tri
bus verbis tanqꝫ tribus ſignis ſalicꝫ pupil
la ſinu ⁊ ab oībus malis. probat ſuam de
fenſionem eſſe diligentiſſimā ſecuriſſimam
⁊ efficaciſſimā. Quod eñ defenditur vt pu
pilla diligentiſſime. qđ vero in ſinu ſecuriſ
ſime quod ab omni malo efficaciſſime cu
ſtoditur. Nam de primo dicitur deuteronō.
Cuſtodit te dominus vt pupillaꝫ oculi quā
cuſtodiam ſibi dauid petijt exhiberi cum di
xit. Cuſtodi me domine vt pupillam oculi
De ſecunda vero cuſtodia dicitur iteꝝ deu.
Portauit te dominus quomodo nutrix ſo
let portare infantulum in ſinu ſuo. hinc O
ſee dicitur. Ego quaſi nutricius portabam
eos in brachijs meis ⁊ neſcierunt ꝙ curarē
eos iob. x. Nemo rapiet eos de manu mea
quia nemo poteſt eos rapere đ manu patriſ
mei. Quod etiam eiuſ defenſio ſit efficaciſſima
oſtendit ps dicens. Dominus cuſtodit te
ab omni malo. adeo vt quiqꝫ electi poſſint
in domino fiducialiter gloriari dicētes Mi
ſericordia eius preueniet me ⁊ miſericordia
eius ſubſequetur me ⁊ miſericordia eiuſ cir
cundabit me quam fidelem cuſtodiam co
gnouit moyſes. cui cum diceret dominus.
Uade ⁊ introduc populum iſtum in terrā
promiſſionis pro qua iuraui patribus eoꝝ.
Facies enim mea precedet te ⁊ ait moyſes.
Si non ipſe precedes ne ducas nos de loco
iſto. B Huic autem gratie debemus
deuotōe triplici reſpondere vt ð eius defen
ſione fiducialiter preſumentes extra deum
penitus nihil timeamus. omnem ſpem no
ſtram in ipſum ponamus. ⁊ omnem ſolici
tudinem in ipſum proijciamus. De primo
hortatur nos yſa. xliij. dī. Noli timere quia
redemi te ⁊ vocaui te nomine tuo. ſeruꝰ me
us es tu. cum tranſieris aquas tecum ero ⁊
flumina non operient te. ⁊ cum ambulaue
ris in ignem non combureris ⁊ flamma nō
ardebit in te. hinc eſt ꝙ cum petrus videns
ieſum in littore dixiſſet. Domine ſi tu es iu
be me venire ad te ſuper aquas. cui cum re
ſpondiſſet dominus. Ueni. cepit petrus ni
hil timens ſuper aquas ambulare cum au
tem vidiſſet ventum validum timuit ⁊ ideo
timens ſtatim mergitur qui nullatenꝰ mer
ſus fuiſſet ſi non prius diffidens timuiſſet.
de ſecundo dicitur eccle. Reſpicite filij ho
minum ⁊ ſcitote quia nullus ſperauit in do
mino ⁊ confuſus eſt. permanſit in manda
tis eius ⁊ derelictus eſt. hinc iob. Recorda
re obſecro quis vnquaꝫ innocens perijt. aut
qñ recti deleti ſunt. cui conſonat ps. Iunior
fui etenim ⁊c. hinc bern. Quantumcunqꝫ
ſperare poteris tantum es ſine dubio acce
pturus ⁊ qua tenus pedem fiducie porrexeriſ
ea tenus poſſidebis. de tercio dicitur in ps.
Iacta cogitatum tuum et cetera. Iteꝫ mat.
Nolite ſoliciti eſſe dicentes quid man. ⁊c.
hinc diſcipulis dixit. quando miſi vos ſine
ſacculo ⁊ ſine pera. nunquid aliquid defu
it vobis. Rñderūt non. C Tercius
fructus bonorum conſiſtit in omnium bo
norum copioſiſſima remuneratione. ⁊ oīm
malorum benigniſſima diſſimulatione. ſup
condignum bonum remunerans largiter ⁊
diſſimulanſ mala miſericorditer. De bono
rum aūt remuneratione tria dicantur ſ. ꝑ
de bonoꝝ copioſa remuneratione. ſcđo de re
muneratōis dilatatōe. tercio de alioꝝ bonoꝝ



participatione. De primo ſcilicet bonoꝝ re
muneratione. hic ſciendum eſt. ꝙ electos ſu
os deus de bonis ſuis que faciunt tam copi
oſe remunerat vt pro tenuiſſima bona cogi
tatione minutiſſima verbi prolatione. leuiſſi
ma operatione. det meritū ſemper durans ⁊
hoc eſt quod đ iob. xxij. Dabit pro terra ſili
cem. quid per terrā q̄ mollis eſt niſi opa que
per terram corporiſ noſtri fiunt accipiūt. qđ
per ſilicem durum niſi merita ſemper dura
bilia intelliguntur. Datur ergo nobis ſilex
pro terra cum pro quolibet ope molli meri
tum in eternum durans cōmutatur. ⁊ hoc ē
quod alijs verbis lu. xxi. veritas nobis pro
mittit dicens. Sed ⁊ capillus capitis ve
ſtri non pibit. quid per caput niſi mens ſe
cundum grego. accipitur. quid per capilluꝫ
qui de capite fluit niſi cogitatio ab eadē mē
te fluens intelligitur. Capillus ergo capi
tis non peribit. quia quelibet minima bona
cogitatio de mente fluens nunqꝫ imperpe
tuum euaneſcit. ſed accipit premium ſemp
manens. hinc eſt ꝙ cuilibet electorum dicat
deus illud Cant. Ueni dilecte mi. quia om
nia poma noua ⁊ vetera ſeruaui tibi. id eſt
omnia opera vndecunqꝫ acquiſita ſeruaui
tibi fideliter in cumulum meritorum perpe
tuo permanſurum. Secundo dicenduꝫ eſt
de remunerationis dilatatione. De quo ſci
endum ꝙ in quolibet bono opere tres ſunt
radices merendi. ſcilicet penalitas. virtuali
tas ⁊ caritas. His tribus radicibus corre
ſpondet triplex remuneratō. Nam radici pe
nalitatis reſpondet peccatorum remiſſio. ra
dici vero virtualitatis reſpondet virtutum
augmentatio. radici vero caritatis reſpondꝫ
celeſtis regni premiatio. De primo taliſ da
tur regula in theologia Quod pena pene reſolu
toria eſt. ⁊ quia bona opera ſine qualicūqꝫ
penalitate fieri non poſſunt ideo eoꝝ penali
tas tollit penam quā meruimus ex peccato
de ſecundo accipitur illud lu. Omni haben
ti dabitur ⁊ abundabit. qꝛ q̄libet opus vir
tuoſum augmentū virtutis tanqꝫ ſemē ſui
generis ꝓmeretur. de tercio notū eſt. ꝙ tā no
bilis eſt caritas ꝙ ſola ei celeſtia corrñdēt.
Sicqꝫ pꝫ q̄ño diuina remuneratio ex ꝓpria
largitate adeo dilatatur. quod in vnoqꝫ
ope meritorio meretur peccatoꝝ remiſſionē
virtutum augmentationem ⁊ ſublimiorem
glorificationem ⁊ hoc ſm ꝙ vnaqueqꝫ ra
dix merendiſ plus ⁊ minus. Nam ſi vnuꝫ ⁊
idem opus plus habet de radice penalitatiſ
q̄ꝫ de alijs duabus radicibus. ſecundū hoc
etiam meretur plus de remiſſione peccato
rum ⁊ ſic de alijſ intelligatur. D Tercio
dicendū eſt de alioꝝ bonoꝝ participatione
Fidelis enim deus non contentus eſt re
munerare nos de proprijs bonis que faci
mus ſed ſua ⁊ ſanctorum ſuoꝝ bona opera
nobis cōicat vt remuneratōis maiorem cu
mulum conſequamur. Quomodo aūt ſua
⁊ ſanctorum ſuorum bona nobis cōicet ta
liter eſt videndum. Deus enim omnia bo
na tam ſua q̄ꝫ militantis ⁊ etiam triumphā
tis eccleſie in ſe continens veniet ad animaſ
electorum ⁊ omnia predicta bona ſibi in cor
pora affert ſecū. ⁊ ſic dans ſeipſum dat oīa
ſua ſecum vt opere ⁊ effectu dicere poſſit cui
libet electo. ad quem venit illud euangeliū
Fili tu ſemper mecum es ⁊ omnia mea tua
ſunt. hinc apoſtolus. Proprio filio ſuo nō
pepercit deus. ſed pro nobis omnibus tradi
dit illum. ⁊ ſubiungit. Quomodo non om
nia etiam nobis cum illo donauit. ſuper qđ
dominus Albertus dicit. Deus manens
cum hominibus facit diuinorum ⁊ humano
rum veriſſimā ꝯmunionē. nec ſolum ſua et
ſuorum bona opera noſtra ſunt. ſed celum ⁊
terra ⁊ omnia que deus habet tam corporalia
q̄ꝫ ſpiritualia temporalia ⁊ eternalia pñtia
⁊ futura in deo ⁊ cum deo veraciter poſſidē
mus. qđ apte inſinuat apoſto. i. Coꝝ. iij. dī.
Omnia veſtra ſunt ſiue mundus ſiue vita
ſiue mors ſiue pñtia ſiue futura. omnia ve
ſtra ſunt. vos autem chriſti. chriſtus autem
dei. Hinc bernardus. ſuper illo verbo iob.
xij. Cū exaltatus fuero ⁊c. dī. Ego arbitror
illum ſermonem quem dixit vnigenitus
ſcilicet cum exaltatus fuero omnia trabam
ad meipſum et cetera. cunctis eius fratri
bus poſſe eſſe cōmunē ⁊ ſubiungit. Ego ſi
exaltatꝰ fuero a terra audacter dico. oīa tra
ham ad meipſum et omnia ſeruiunt mihi
nec temerarie vſurpo mihi vocem fratris
mei cuiꝰ me induo ſimilitudine qđ ſi ita eſt

imo quia ita eſt non patent diuites ſecꝫli
fratres chriſti ſolum poſſidere celeſtia cum
audiunt Beati pauperes ſpiritu. ſed poſſi-
dent ⁊ terrena iuxta illud apli. Tanq̄ʒ nihil
hn̄tes ⁊ oīa poſſidentes ⁊ nō mēdicātes vt
miſeri. ſed vt dn̄i poſſidentes. qꝛ fideli tot⁹
mundus diuitiaꝝ eſt totus plane. qꝛ tā pro
ſpera quā aduerſa eque oīa ſeruiūt ei. cū em̄
oīa ꝓpter electos ſint creata tūc idē mōs pri
mū totus nobis ſeruit cū nos dei ſeruitio fi
deliter ⁊ integraliter applicamus qđ cum fe
cerimus. tūc fiducialiter poſſumus illud di
cere luc. x. omnia michi tradita ſunt a patre
meo. E Scđm membrū hui⁹ tercij
fructus conſiſtit in oīm maloꝝ diſſilatōe nō
em̄ reſpicit eos deus in peccatiſ que breuiter
ſunt facturi. ſʒ ſicſūt corā eo in ꝑpetuū ꝑmā
ſuri. Unde licet dauid grauiſſima peccata
cōmitteret. de eo tn̄ dixit deus. Elegi mihi
virū ſm̄ cor meum. ſciens ꝙ lʒ peccaret in
peccato tn̄ non ꝑſeueraret. ſic paulus vocat
vas electōis etiā tpe ꝑſecutōis. qꝛ qđ breui
ter ꝑpetrauit poſtea fortiſſime emendauit.
hic de electis dr̄ yſa. liiij. Montes cōmoue
bunt ⁊ colles contremiſcent. mīa aūt mea
non recedet a te ⁊ fedus pacis mee nō mo-
uebit ⁊ ps. Ineternū ſeruabo illi miſcđiaʒ
meā ⁊ illud Miſcđiā meā nō diſpergaʒ ab
eo neq̄ʒ in veritate mea. qꝛ ⁊ ſi delinquent
in tpe nō tn̄ ꝑmanent in delicto. Nam ſi ce-
ciderint nō collident qꝛ deus ſupponit ma-
num ſuam. hic de eiſdem electis dicit dn̄s
illud Ezech. Expandi amictū meuʒ ſuꝑ te
vt non videā ignominiā tuā. amictū carita
temſuā vocans ⁊ hoc eſt qđ. i. ioh. iij. dicit.
Oīs qui natus eſt ex deo nō facit peccatum
qm̄ ſemē ipſius in eo manet. vocāt hic ſemē
qđ ibi amictū Ex hac intentione dr̄ etiā the
ma in principio ꝓpoſitū. ſ. non eſt arbor bōa
De his duobus mēbris. ſ. bonoꝝ remune-
ratōe ⁊ maloꝝ diſſilatōe di. her. Stat ꝓpoſi
tū dei ſtat ſnīa pacis ſupra in eternitate ſuper
timētes eum. ipſoꝝ ⁊ diſſilans mala ⁊ remu
nerās bona vt miro mō nō ſolū bōa ſʒ ⁊ ma
la eis coopent in bonū vt ſubiungit. hic ad
uerti electos quaſi nunq̄ʒ peccaſſe. Nā ⁊ ſi
deliquiſſe vident in tpe nō apparent in eter
nitate. qꝛ caritas operit multitudinē pctōꝝ

Sed dicit aliq̄s illud aplī Ro. ix. Quid
adhuc querit. Uoluntati eius quis reſiſtit.
rn̄det nō ego ſed apls. O homo tu q̄s es q̄
rn̄deas deo. nunq̄d dicit figmentū ei qui ſe
finxit q̄d me feciſti ſic. an non hʒ ptātem lu
tifigulus ex eadē maſſa facere aliud quideʒ
vas in honorē aliud aūt in cōtumeliā. hinc
Exo. Miſebor cui miſebor ⁊ miſicordiā pre
ſtabo cui miſebor. hinc apls vt ſuꝑ. ḡ cuius
vult miſeretur ⁊ quē vult indurat. Tu ḡ vt
ait ap⁹ fide ſta ⁊ age qđ bonū eſt ⁊ ſpera fi-
ducialiter eē te vnū de numero electoꝝ F
Quart⁹ fructus bonaꝝ arboꝝ cōſiſtit in oīm
q̄ ſunt in bonū cooperatōe. hic fruct⁹ priori
fructui non modicū ſuperaddit. Multo em̄
plus eſt mali in bonū cooperatio q̄ʒ eiuſdeʒ
mali ſola diſſilatio. Electis ḡ dei ſuper pre-
dictos fructus addit etiā iſte. vt oīa q̄ ſunt
cooperent eis in bonū. vt miro mō nō ſoluʒ
bona ſed ⁊ mala nec ſolū ꝓpria ſed etiā aliēa
eis cooperentur in bonum. Sic em̄ hō inſti
gante dyabolo ex bono ſcit elicere malum vt
cum ſplendet virtutibus incipit ſuperbire.
ſic deus multo virtuoſius ex malo electorū
nouit elicere bonum ⁊ ſimpliciter malū cō
uertere ſcit in bonū verbi grā. Nunq̄d non
mala electoꝝ cooperant eis in bonū. cum ex
eiſdem malis cōmiſſis timidiores humilio
res cautiores circumſpectiores verecundio
res in dilectione feruentiores corā deo appa
rebunt. que omnia probari poterūt per ſcri-
pturam. ⁊ hoc eſt qđ ait apoſtolus. Scim⁹
qm̄ diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum An non filius qui luxurioſe viuē
do ſubſtantiā ſuam cum meretricibus de-
uorauit ⁊ reuerſus ad patrem tā benigniſſi-
me eſt ſuſceptus patriſq̄ʒ ſtola prima ⁊ anu
lo cū ſimphoia eſt honoratus. non plus pa-
trem diligere debuit q̄ʒ diſciplinatus fili⁹
qui nunq̄ʒ fuit a patre taliter honorat⁹ ipo
filio dicente. Ecce tot annis ſeruiui tibi et
nunq̄ʒ mandatum tuum preteriui ⁊ nun-
quam dediſti michi hedum vt epularer cū
amicis meis. Hinc paulus conſiderans ꝙ
peccata que Corint. ad memoriam reuoca-
uerit cooperabantur in bonum dixit. Ecce
hoc ipſum ꝙ contriſtaui vos quantā in vo-
bis operabatur ſollicitudinem ſed defenſioʒ

ſed emulatoʒ ſed vindictā per quē peccata q̄
cōmiſerant non ſolū Cor. non nocuerāt ſed
in bonum eis veraciter ꝓuenerunt. G
Quintus fructus electoꝝ arboꝝ conſiſtit in
dilectione ſingulari. Hec aūt ſingularis di
lectio cognoſci poterit tribus ſignis. ſcꝫ in
arra deſponſationis. in reſpectu diuine intu
itionis. ⁊ affectu intime dilectionis Primo
dico ſingularis dilectio quam ſingulariter
ſingulis electis exhibet eſt arra deſponſatōis
que arra non eſt aliud niſi donū gratie vni-
cuiq̄ʒ ſingulariter collatū. de quo di. aplus
Unicuiq̄ʒ veſtrum data eſt gratia ſecundū
menſurā donatōnis xp̄i ⁊ iterꝝ. Unuſquiſq̄ʒ
habet donum a deo. vnus ſic alius vero ſic.
de quibꝫ donis di. gre. Mira diſpenſatione
deus in electis ſuis dona diſpenſat. vt illi
det quod iſti denegat. ⁊ ꝙ alteri maius alte
ri minus tribuat. vt dū illum ille quod ipe
non hʒ habere conſpicit. dona dei viciſſim
alter in altero miretur ⁊ ex hac āmiratione
hūiliſetur. hoc em̄ agitur in cordibꝫ hoīm qđ
in regionibꝫ terraꝝ. Scđm ſignū ſingula-
ris dilectōis ꝯſiſtit ī reſpectu dīne intuitōis
ſic em̄ increando vultus ſingulorum diſtin
xit ab inuicem. vt nullus diſpoſitōem alte-
rius habere videatur. ſic etiā reſpectus dīne
intuitōis in ſingulis alteratur. licet ideʒ per
maneat in ſeipſo. quia ſic indiſſimilis ſibi
indiſſilr̄ manens diſſilā opat. ſic etiā indiſ
ſilis manens indiſſilr̄ diſſiles reſpectus hʒ
ad electos. ⁊ hoc eſt quod dr̄ Heſter. Facies
tua plena gratiaꝝ. qꝛ ſinguli electoꝝ in aſpe
ctu faciei dei inueniunt qđ ſtatui ſuo ꝯgru-
at Nā peccatori exhibet faciem ſuā vt iratā
penitenti at vt clementē. ſatiſfacienti vero
vt adiuuantē. diligenti aūt vt amātē. ⁊ ſic
de ſingulis percurratur Singulis em̄ intu
entibus deū exhibet aſpectū faciei ſue ſcđm
ſtatū ſuū ⁊ ſicut ꝯgruit ſue deuotōi ⁊ hoc ē
qđ dicit lu. vi. Eadem menſura q̄ menſi fu
eritis remetiet vobis. quod exponens bern̄.
di. Ex eo ꝙ aīa ſe diligere ⁊ vehementer di
ligere ſentit. etiā diligi vehementer non am
bigit at de ſua ſingulari intentione ſolicitu
dine cura ⁊ opa cui inceſſanter ⁊ ardenter
inuigilat queādmodum placet deo cum hec
omnia indubitanter in ipo agnoſcit. ⁊ ſub-

iungit. Ergo qualem te parauerīs deo talis dꝫ
vt appeat tibi deus. hinc ē ꝙ ex hoc mutuo
aſpectu dei ⁊ hoīm hec contingit mirabile.
vt ſingulis faciē ei⁹ contēplantibus aſpcū
ſuum exhibeat ac ſi ſe ab oībus auertiſſet ⁊
ſolum eum qui ſe aſpicit intuatur ⁊ hoc eſt
ꝙ di. augu. Sic mihi videtur cū ei⁹ miſera-
tiones circa me attendo. qđ ſi pbas eſt dice
re quodāmodo nihil aliud agit deus niſi vt
ſaluti mee prouideat ⁊ quaſi omniū oblit⁹
mihi ſoli vacet Inde manet illud frequēs
verbum prophetarū Uiuit domin⁹ in cui⁹
conſpectu ſto. Tercium ſignū ſingularis di
lectionis eſt interna deuotio que interdum
in tanto ymbre celeſtium donorum exuberat
vt nulli videatur ſilis exhiberi. hinc ſponſa
in Can. inebriata hoc amore di. Dilectus
meus mihi ⁊ ego illi. ac ſi dicat. Ipſe michi
ſolus eſt in affectu ⁊ ego ſola ſibi. H
Sextus fructus conſiſtit in ſpirituali con-
ſolatione: Sicut autē fructus mali pomi
ſcililicet tres ſenſus corporis reficit. ſcilicet
viſum per coloris fragrantiam. olfactum p
odoris ſui violentiā: guſtum per dulcoris
experientiam. ſic fructus deus tota trini-
tas veniens ad animam. eoſdem tres ſen-
ſus ſpiritualiter acceptos ſcilicet intelle-
ctum voluntatem ⁊ memoriam diuinitus
afficit. Nam filius illuminat intellectum
tanquam color viſum. pater vero inflam-
mat affectum tanquam ſapor olfactum ſpi
ritusſanctus facit ſentire memoriam dei pre
ſentiam ſicut guſtus ſentit dulcorem. De
aduentu filij dicit bernardus. Si ſenſero
michi apperiri ſenſum vt intelligam ſcri-
pturas aut infuſo lumine deſuper reuela-
re miſteria. non ambigo ſponſum ad-
eſſe id eſt filium nam de plenitudine eius
iſta accipimus. Quid eſt autem patrem ve
nire ad animam niſi afficere ad amorem ſa
pientie patris quippe diligere eſt ⁊ ideo pa
tris aduentus ex infuſa dilectione probatur
Si ergo dignetur venire ad me in caritate
in hoc cognoſcam ꝙ non ſit ſolus filius il-
luminans intellectum. ſed venit etiam pa-
ter ſuus cum eo inflammans affectum. ſic
ſpiritusſanctus qui ſuper mel dulcis eſt fa-
cit memoriam ſentire dulcedinem ſuam. vt

ſimirando dicere oporteat qui eiuſ ſermodiē cum pſ. Quam magna multitudo dulce. t. do. ⁊c. hec conſolatio conuenienter deſcribitur Ezech. xlvij. vbi de quadam arbore beatum hoiem deſignante dr. fructus eius non deficiet. ſed per ſingulos menſes afferet primitiua quia aque eiꝰ de ſanctuario egredientur. per hec primitiua ſpiritualis conſolatio accipitur. que bene ſic dicitur. quia ſicut primitiue ſunt preanticipati fructus. ſic talis conſolatio eſt immaturus fructus celeſtium gaudiorum. ⁊ hoc eſt quod ſubiūgit Aque enim eius id eſt gratia conſolationis de ſanctuario id eſt de regno celorum egrediētur cui ſimile dicit. pſ De torrente voluptatis tue potabis eos. quem fructum per ſingulos menſes carpimus. cum interpolatis temporibus talibꝰ conſolatōibꝰ hic refouemur ⁊ hoc eſt quod dicitur Eccleſiaſti. vi. In opere dei exiguum laborabis ⁊ cito edes de generatōibꝰ illius Cur autem talibus primiciis nutriamur ſtatim ſubiungit. quoniam aſpera eſt nimium ſapientia indoctis. ⁊ nō ꝑmanebit in illa excors. ⁊ quaſi lapidis virtus probatio erit in illis ⁊ ideo non in multis eſt manifeſta ⁊c. CX

De eodem ſermo quartus.

# Dificate mihi

domū ⁊ erit acceptabilis micbi Aggei. i. I Dicit aug. Quotiens altaris vel templi feſtiuitatem colimus. ſi diligenter ⁊ fideliter attendimus iuſte ⁊ ſancte viuimus. quicquid in templis manufactis agitur totum in nobis ſpirituali edificatione adimpletur. Nam vt ait grego. in pleriſqꝫ corporalibus inſtruimur. quid in ſpiritualibus ſit agendum. In verbis ergo propoſitis duo intelligimus ſcilicet de cuiuſdam domus edificande exhortatione. ſecundo de eiuſdem domus edificate gratificatione. primum ibi. Edificate mihi domum. ſecundū ibi. ⁊ erit acceptabilis mihi. Uerum quia multiplex eſt domus dei iuxta morem principum terre qui multas habent domos. idō ne ſermo currat in equiuoco diſtinguenda eſt domus dei vt ſciamus de qua domo edificanda nos dominus hortatur. Propter quod ſciendum ꝙ deus qui habēt in femore ſuo ſcriptum rex regum ⁊ dominus dominantium. ſeptem habet domos ſcꝫ eternalem virginalem ſingularem myſterialeꝫ ſacramentalem materialem ⁊ ſpiritualem Nam de prima domo ſcilicet eternali di. baruc. 3 O iſrael qꝫ magna eſt domus dei ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius Item iohann. xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſūt De ſecunda domō ſcilicet virginali dicitur in laude virginis. Domus pudici pectoris tem. de ⁊c. De tercia domo ſcilicet ſingulari que eſt homo chriſtus ſecundum hominem dicitur prouer. ex perſona diuine ſapiētie Intraui in domum meam. quod vtiqꝫ factum eſt quando ingrediens in vterū virginis dominus eſt incarnatus. que domus ideo ſingularis ſiue etiam perſonalis dicit̄ quia non habuit ſimilem neqꝫ parem. De quarta domo. ſ. myſteriali q̄ eſt eccleſia militans dicitur Sap. ix. Sapia edificauit ſibi domū. excidit colūnas ſeptem q̄ ſunt ſeptem ſcta ſup̱ que fundata eſt eccleſia. De quinta domo. ſ. ſacramentali que eſt ſacrm corporis dn̄i dicitur in pſ. Zelus domꝰ tue cōmedit me. qđ eſt dicere. Amor comeſtibilem me fecit. De ſexta domo. ſ. materiali q̄ eſt q̄libet eccleſia dicitur in pſ. Domum tuam dn̄e decet ſanctitudo in longitudine dierū. De ſeptia ſpūali vīꝫ dr iterum in pſ. Dn̄e dilexi decorem domus tuo. hec ſepteꝫ loca oīa dicunt̄ veraciter ⁊ ſunt domus dei. qꝛ in eis hītat deus De his ſeptē domibus dr lu. xix. Domus mea domꝰ oratōis vocabit̄. qꝛ in his oīs qui petit accipit ⁊ qui q̄rit inuenit ⁊ pulſanti apiet̄. iuxta promiſſum dn̄i ieſu xpi. Q: aūt ſingule iſte domus dei ſint ⁊ dicant̄ veraciter domꝰ oratōis pꝫ per ſingula tranſcurrenti Nā in oībꝰ deus ⁊ dominus adoratur. K In prima domo eternali deus ab inhabitantibus ſctīs tripliciter adoratur. ſcilicet ab affectu laudationis gratiarumactionis glorificationiſ Nam de primo ⁊ ſcđo dicit Eſa. Gratiarū actio ⁊ vox laudis audietur in ea ſcilicet domo eternali. De tercio pro glorificatione corporum dicitur Apoca. Audiui vocem ocioꝝum clamantium ⁊ dicentium. Uindica domine ſanguinem meum. quod vt ait bernardus. non faciunt cupidi vindicte. ſꝫ vt eorum corpora de quorum ſudore ⁊ labore tantam gloriam ſunt conſecuti eiſdē gaudijs perfruantur. vt quod nunc eſt ſimplū ex adiunctis corporibus fiat duplum propter quod eiſdem ſanctis ⁊ eorum clamoribus reſpondet deus dicens. Adhuc ſuſtinete modicum tempus. donec impleatur numerus fratrum veſtrorum date ſunt eis ſingule ſtole. hoc eſt ſolius anime gaudium. nec conſūmabuntur ſancti quantumcunqꝫ dilecti deo quouſqꝫ ⁊ nos ibidem fuerimuſ congregati. Primam orationem laudis ef fundunt ſancti ex leta dei viſione ſecundam ex periculorum euaſione. terciam ex corporū refectione. Primam dico orationem laudis fundunt ex leta dei viſione. Uidentes enim deum facie ad faciem tot ⁊ tanta vident mirabilia ⁊ mirabilium innouationes vt in laudem dei toti totaliter ſe effundant. Secundo poſt tergum vident ſe tot pericula euaſiſſe infinitas laqueos trāſijſſe de fortiſſimis hoſtibus mundo carne demonibus triumphaſſe ⁊ hec omnia non propria virtute. ſed dei virtute viciſſe in gratiarum actione toti totaliter ſe effundunt. Tercio orāt deum vt eorum corpora aſſumantur videntes in ſpeculo veritatis ꝙ tantam gloriam de labore ⁊ ſudore corporum ſunt adepti et ideo ex omni affectu effundunt ſe in oratōe vt ad eandem gloriam perfruendam ipſorum corpora aſſumantur vt quod nunc eſt ſimplum in reliquum fiat duplum. L

Secunda domus eſt vterus virginalis que ſimiliter domus orationis vocabitur. qꝛ vſqꝫ in finem ſeculi pro ſalute hominum interpellat. Ad hoc enim eſt inſtituta vt cum rigor iuſticie a maieſtate egreditur volens damnare homines. ipſa in plena poteſtate poſita rigoroſe opponat iram dei ſuiſ orationibus in clementiam commutando Sunt autem tria que ad hoc faciendū glorioſam dominam noſtram obligant debitricem. ſcilicet gratie inuentio. materna affectio. filij recommendatio. que tria tanqꝫ fortiſſimi claui ipſam cogant pro nobis miſeris exorare. Primum cogens vt eam oporteat pro nobis filium exorare eſt gratie inuentio. Nam gratiam in qua conditi fuimus per preuaricationem primorum parentum perdidimus omnes. quam maria teſte angelo inuenit. Eſt autem in iure tā eccleſiaſtico qꝫ ciuili dignum ⁊ conueniens vt qui rem alterius inuenit reſtituat ei. Secunda cauſa cogens virginem matrem. eſt materna affectio que eſt ⁊ dicitur mater noſtra. cum enim ſui gratia filius eius dominus noſter ieſus digneturr nos vocare fratres dicens in pſ. Nunciabo nomen tuum fratribus meis ⁊ Mat. nunciate fratribus meis ex hac affinitate fratris noſtri mater eius conuincitur eſſe mater noſtra. vt ſecundum apoſtolum ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. hinc de filio naturali dicitur. Peperit filium ſcilicet primogenitū Scimus autem ꝙ omnis mater naturali inclinatione filios diligit ⁊ deſiderat eis bonum. Tercia cauſa fortiſſime cogens ad adorandum pro nobis eſt filij recommendatio. qui loco ⁊ tempore paſſionis in nomine iohannis qui gratia interpretatur nos ei recommendat dicens. Mulier ecce filius tuus. ac ſi dicat. Uide mater quid pro peccatoribus patiar ⁊ habe tibi eos miſericorditer recommiſſos. ne tanta amaritudo paſſionis mee in eis fruſtretur hec recōmendatio in ſuis viſceribus ita eſt profundata. vt pro nobis omni tempore intercedat. vnde quod iam dudum dictum eſt per Eſa. Abſconde fugientes vagos ne prodas. hoc dictum eſt in cruce Mulier ecce filius tuus.

M Tercia domus eſt ⁊ dicitur ſingularis. que eſt homo chriſtus ieſus que ideo ſingularis dicitur. quia non habet ſimileꝫ neqꝫ parem. que iuſta ratione domus orationis dicitur. quia pro nobis continue patrem interpellat cuius omnis vita quā habuit ſuper terram nihil aliud fuit qꝫ oratio pro electis. Obmiſſis autem orationbus quibus in montibꝰ pernoctauit. qua in agone anxius ſanguinē ſudauit. q̄ in cruce poſitus p̱ perſecutoribus exorauit. de ſola iſta oratione quam iohā. xvij. orauit ad patrem cum per paſſionem volens tranſire ex hoc mundo orauit dicens Pater venit hora. cla

rifica filium tuum vt filius tuus clarificet
te. In quibus verbis cum ſequentibus qua
tuor maxima bona ⁊ optima dona pro no/
bis orauit ad patrem. ſcilicet ab omnibus
malis defenſionem preſentis vite ſanctifi/
cationem. vnionis perfectionem. eterne vi/
te glorificationem. Primo dico orauit pro
nobis apud patrem omnium maloꝝ defen
ſionem cum dicebat. Non rogo vt tollas
eos de mundo ſed vt ſerues eos a malo.
Secundo orauit nobis pñtis vite ſanctifi/
cationem cum dicebat. pater ſanctifica eos
in veritate. ⁊ ſequitur Et ego pro eis ſancti/
fico memetipſum ſcꝫ ꝑ ſufferentiam paſſiōis
vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate ſcꝫ ꝑ me
rita paſſionis mee. Tercio orauit ꝓ nobis
vnionis perfectiōm cum dicebat Pater ſer
ua eos in noīe tuo quos dediſti mihi vt ſint
vnum ſicut nos vnū ſumus. ⁊ ſequit Non
pro his rogo tm̄ ſed ⁊ pro eis qui credituri
ſūt ꝑ verbū eoꝝ in me vt omnes vnum ſint
ſicut tu pater in me ⁊ ego in te. vt ⁊ ipſi vnū
ſint in nobis ſic ⁊ nos vnū ſum⁹. Ego in eis
vt tu in me vt ſint conſūmati in vnū. Quar
to orauit nobis eterne vite glorificationem
cum dicebat. Pater clarifica filiū tuum vt
filius tuus clarificet te. vt omē quod dedi/
ſti ei det eis vitam eternam. Et quid dedit
filio pater? ſcꝫ incarnari laborioſe conuerſa
ri. in cruce turbari. morte multari. ⁊ hec dāt
nobis vitam eternam. nec his orationibus
contentus. ſed ⁊ orauit ꝓ nobis in celo di.
ioh. Filioli nec peccemus. quod ſi peccaueri
mus aduocatum habemus in celo apud pa
trem ieſum xp̄m iuſtū. qui etiā interpellat ꝓ
nobis ⁊ ipſe ē propiciator ꝓ peccatis noſtris
De his duabus orationibus matris ⁊ filij
dicit bern. Securum hēs acceſſum ad de/
um o homo vbi mater oſtendit filio pectus
⁊ vbera. filius patri corpus ⁊ vulnera. nec
vlla poteſt eſſe repulſa vbi tot concurrūt ca
ritatis inſignia. N Quarta domus
dei eſt ⁊ dicitur ſacramentalis que ē eccleſia
militans que pro filijs ſuis tam bonis q̄ꝫ di
ſcolis ſupplicans inceſſanter orat. Orat au
tem tripliciter ſcꝫ pro peccatoribus vt con/
uertantur. pro bonis vt in melius promoue
antur. ⁊ vt mala aduerſantia auferant De

prima oratione dicitur in ps̄ Conuerte nos
deus ſalutaris noſter ⁊c̄. de ſecunda ibidē
dicitur Benefac domine bonis ⁊c̄. De ter/
cia iterum clamat eccleſia Amoue a me pla
gas tuas quia a fortitudine manus tue ego
defeci increpationibus quia iniquitate cor
ripuiſti hominem. Et quia eccleſia ſponſa
eſt chriſti. deſponſata ei vt dicitur Oſee in
fide ſeptem ſacramentis ſanctificata gratis
ficata pariter ⁊ ornata. ideo ipſa pro ſua re
uerentia exauditur. Quinta domus dei eſt
corpus chriſti. vbi vere deus ſub ſpeciebus
ſacramentalibus tanquam in domo vict
ime ſue paſſionis pro nobis miſeris quoti
die immolatur ⁊ mactatur. de qua domo dici
tur in ps̄. Zelus id eſt amor domus tue co/
medit me. hoc eſt commeſtibilem me fecit.
de qua ymolatione dicit Gregorius Sin/
gulariter ad abſolutionem peccatorum no
ſtrorum oblata cum lacrimis ſacri altaris
hoſtia ſuffragatur. quia his qui in ſe ſurgēſ
a mortuis iam non moritur adhuc hoc per
hanc in ſuo miſterio pro nobis patitur Nā
quotiens ei ſue paſſionis hoſtiam offeri/
mus totiens nobis ad abſolutionem noſtrā
paſſionem illius repetamus. Hec ergo do
mus dei tripliciter ꝓ nobis orat ſcilicet pro
his qui ſunt in eccleſia. vt ſanctificentur. ꝓ
his vero q̄ ſūt in purgatorio vt liberentur. ꝓ
ſaluatis vero in celo gratiarum actiones ex
hibentur In cuius figura ſacroſancta ho/
ſtia ſupra calicem in tres partes diuiditur
quarum vna pars mittitur inferius hoc eſt
in calicem ad ſuffragandum his qui ſunt
in purgatorio. due vero partes tenentur ſu/
perius pro his qui ſunt in eccleſia ⁊ in celo.
O Sexta domus dei dicitur materi
alis ex lignis ⁊ lapidibus fabricata. cuius
hodie dedicationem in hoc loco colimus.
Que ſimiliter domus orationis vocatur. q2
populus ad hoc in ea congregatur vt ſimul
orantes facilius impetrent quicquid ibi/
dem rite ⁊ rationabiliter fuerit a deo poſtu
larum. quia impoſſibile ſecundum Grego
rium eſt multorum preces non exaudiri.
Quia deus tam in veteri quā in nouo teſta
mēto ꝓmiſit veriſſime vt qcq̄d in domibus
nomini ſuo dedicatis poſtulatum fuerit. hoc



ſine omni ambiguo exaudiatur vnde ter/
cij Reg. quarto. dicitur q᷑ cum ſalomon cō
pleſſet edificare domum dei. orauit ad domi
num di. Si peccauerit hō in ꝓximum ſuū
ſi fugerit ppl's tuus inimicos ſuos. ſi clau/
ſum fuerit celum. ſi aborta fuerit fames in
terra aut peſtilentia aut corruptus aer. ⁊ in/
ſtra. Si quis cognouerit plagam cordis
ſui ⁊ expandit ad deum manus ſuas in hac
domo tu exaudias in celo ⁊ repropitiaberis
vt des vnicuiqꝫ ſecundum omnes vias ſi/
cut videris cor eius. quia tu ſolus noſti ho/
minum corda ⁊ in ſtra. Apparuit dñs Salo
moni ⁊ dixit Exaudiui oratione quā depre/
catus es coram me. Sanctificaui enī mihi
domū hanc quā edificaſti. vt ponerē ibi no/
men meum in ſempiternū ⁊ erūt oculi mei
⁊ cor meū ibi omnibus diebus. Sic in no
uo teſtamēto hec exauditōis gr̄a firmiſſime
eſt promiſſa lu. xi. vbi dr̄ Ego dico vobis.
Petite ⁊ accipietis. ac ſi dicat. Ego qui ſū
veritas in ꝓmittendo. caritas in deſideran/
do. plena ptās in ſoluendo. petite ⁊ accipie/
tis. querite ⁊ inuenietis. pulſate ⁊ ap. vobiſ
⁊ ſubiungit. Omnis qui petit accipit ⁊ qui
querit inuenit ⁊ pulſanti aperietur P
In quibus verbis tria nobis inſinuat que
orationes noſtras faciunt efficaces ſcꝫ affe/
ctionem orationem. ⁊ operatio. ienn vt ſit ſen
ſus. Omnis qui petit ꝑ cordis affectionem
qui querit ꝑ oris ſupplicatōꝫ. qui pulſat per
corporis operationem ſine omni ambiguo ex
audit Septima domus dei eſt aīa rationa
lis q̄ ſilr̄ domus dei dicit. quia aplūs dicit
xp̄m habitare ꝑ fidem in cordibus noſtris
que merito domus orationis vocabit q2 for
tiſſimas orationes fundit ad dñm. Veruꝫ
q2 omnes alie domus huiuſqꝫ dicte ꝓpter
ſolam hanc domum ſunt conſtructe dicente
apoſtolo. Omnia propter electos ⁊c̄ quod
per inductionem de ſingulis domibus patꝫ
ſubtiliter intuenti. ideo obmiſſis omnibus
alijs domibus ſolum de hac domo que eſt
aīa rationalis quomodo ſit edificanda vt
fiat domus dei in ſequentibus ſermonibus
eſt dicendum adiuuante ieſu chriſto ⁊c̄.

CXL.

De eodem ſermo quintus.

Dificate michi
domuꝫ ⁊ erit acceptabiliſ mihi
vt ſupra. Habita in precedenti
bus de domus diſtinctiōe pariterqꝫ domus
hic intente electione. Nunc videndum eſt d̄
electe domus edificatione. Nam de illa do/
mo veraciter hortatur nos dominus edifi/
canda. eo q᷑ priores domus dudū ſunt edifi
cate nec earum edificatio in noſtra reſidet
poteſtate. quippe quas ſolus deus propter
nos miſeros edificauit. ſed anteqꝫ edificare
incipiamus mouenda eſt queſtio hec ⁊ ſol/
uenda Q Cur dominus tam ab
ſolute nos moueat edificare cum ps̄. dicat
Niſi dominus edificauerit domum et cete
ra. quod enim fruſtra agitur. cur vt edifice/
mus tam libere precipitur? Ad quod dicen
dum. q᷑ in quolibet bono opere duo oportet
concurrere. ſcilicet dei gratiam ⁊ liberum ar
bitrium. hoc eſt hominem operantem ⁊ de
um cooperantem. ⁊ ideo eadem bona ope/
ra nunc aliquando a deo cooperāte. aliquā
do ab homine operante fieri nunciantur.
Hinc eſt q᷑ per apoſtolum dicitur. Deus
reddet vnicuiqꝫ ſecundum opera ſua. cum
per eundem dicatur. Deus qui operatur in
nobis ⁊ velle ⁊ perficere per bonam volun/
tatem. Hinc eſt q᷑ alias dicitur. Appropin/
quate domino ⁊ appropinquabit vobis. cū
alias dicatur. Nemo venit ad me niſi pa/
ter meus traxerit eum Item quid eſt q᷑ per
ezechielem dicitur. Facite vobis cor nouuꝫ
⁊ ſpiritum nouum. cum ibidem dicatur.
Dabo vobis cor nouum ⁊ ſpiritum nouuꝫ
niſi q᷑ in omnibus iſtis ⁊ ſimilibus dei gra/
tia ⁊ libertas arbitrij declaratur. que ambo
in quolibet bono opere conueniunt ⁊ con/
currunt. Nunc ad edificium domus anime
accedamus. ⁊ quia ſecundum auguſtinum
vt ſupra patuit. Quicquid in templis ma
nufactis agitur totum in nobis ſpirituali/
ter adimpletur. R Scimus aūt q᷑
domus materialis. primo edificatur. ſecū
do purgat̄. tercio ꝯſecrat̄. quarto adornat̄.
quinto in ea celebratur. ſexto deus in tēplo
pñtat̄. Ideo ab edificatōe dom⁹ inchoātes.
primo dicimus q᷑ ad perfectam domus mate

teriālis ꝯſūmatōꝫ tria pricipaliter requirū
tur ſcꝫ fundamentū ſupedificiū atqꝫ tectū
q̄ tria ſpūaliter intellecta ad ꝑfectōꝫ domꝰ
ſpūalis requirunſ·que tria ſunt fides ſpes
ꝛ caritas· Qꝫ aūt ꝑ fundamentū iuſta ſigni
ficatione fides intelligatur pꝫ ꝑ aplm̄ q̄ cū
ꝑdicaſſet fidē xp̄ianā dixit vt ſapiens archi
tector· fundamentū poſui ꝛ iterū Fundamē
tū aliud nemo pōt ponere preter illud qđ
poſitū eſt qđ eſt xp̄s ieſus .i. fideſ de ieſu xp̄o
Juſta aūt ſilitudine ꝑ fundamentū fides
accipitur ꝓpter triplicem rōꝫ. Primo ſicut
fundamentū eſt primū ſic ꝛ fides eſt primū
in omni genere meritoꝝ. qꝛ vt ait aplś· im
poſſibile eſt ſine fide placere deo Secundo
ꝙ ſicut fundamentū portat ꝛ non portaſ ſic
fides. Tercio ſicut fundamentū in edificio
non videtur. ſic fides eſt de his que non vi
denſ di. aplś heb· xi· Fides ē ſꝑandaꝝ rerū
ſubſtātia argumentū non apparentum·

S De hac fide tria dicāſ ſcꝫ deiꝰ veritate
qualitate ꝛ quantitate· De primo ſciendū
ꝙ veritas fidei conſtat in duodecim articlis
quos. xij· apli volentes ire in diſperſionē in
uocato ſanctoſpiritu cōꝑtauerunt· quorum
primus petrus primū lapidem ponendo di
xit Credo in deum patrē omnipotentē ꝛc·
Poſtea andreas dixit· ꝛ in ieſum xp̄m filiū
eius vnicum dn̄m noſtrū ꝛ hic tacuit. Ter
tius iacobus ſubiunxit Qui conceptus eſt
de ſpūſancto natus ex maria virgine Quar
tus iohānes dixit· Paſſus ſub pon. pỳ· cru.
mor· ꝛ ſepul. Quintus philippus ſuū lapi
dem poſuit di· Deſcendit ad infer· ter· di· re.
Sextus bartholomeꝰ addidit Aſcendit ad
ce. ſe. ad dex. d· pa· oīpo. Septimꝰ thomas
ſubdit di· Jnde ven· eſt iudi. vi· ꝛ mor· O
ctauus matheꝰ adiecit dicēs. Credo in ſpm̄
ſc̄tum· Nonus iacobus minoꝛ ſubiunxit·
Sanctam ecde· ſanctoꝝ cōmu· Decimus
ſymon addidit Re· pec· Undecimus iudas
appoſuit· Car· reſur· Duodecimꝰ mathias
concluſit ꝛ vitam eter. amen· Jn quib oī
bus ſubintelligendū eſt a ſingulis credo Et
notandū ꝙ in ſingulis iſtis ſimbolis hec cō
iunctio ꝛ coniungit prioꝛes ſymboloſ ſequē
tibus· ac ſi dicant ſinguli. Credo prioꝛes ar
ticulos ꝛ meum articulum his annecto Et

ſciendum ꝙ veritas vere fidei in his articu
lis plene conſtat· nec minuendū eſt aliquid
nec addendum· niſi ea q̄ in his intelliguntſ
vel etiā conſequunſ. Hinc Exo· de. Diues
non addat nec pauper minuat· ꝛ apꝰ. Licet
nos aut angelus de celo euangelizet aliud
preter illud qđ euangelizanius anathema·
ſit· hinc in apoc· de. Conteſtoꝛ hodie omī au
dienti verba libri huius Si quis appoſue
rit· apponat ſuꝑ illum deus plagas ſcriptaſ
in libro hoc· ꝛ ſi quis diminuerit auferat de
us ꝑtem eius de libro vite. Hi. xij. articuli
deſignati ſunt ꝑ. xij. lapides quos xij. tribu
iſrl' de profundo iordanis ad litus portaue
runt ꝛ ſuper eis deo ſua ſacrificia obtulerūt
per qđ innuiſ ꝙ ꝑ. xij. apoſtolos de profun
do diuinitatis hi duodecī articuli ad litus
id eſt ad notitiā iordanis. i· xp̄ianitatis ſūt
portati· T Secundo dicendū eſt de fi
dei qualitate· i· qualis eſſe debeat quā pau
cis verbis deſcribit nobis aplś di· Neqꝫ cir
cūciſio valet neqꝫ prepuciū. ſed fides q̄ ꝑ di
lectionem opatur. Jn quibus verbis duo
tangit ſcꝫ oparionem ꝛ dilectionem· Nā fi
des ſine oparione moꝛtua eſt· ſine dilectiōe
ficta· Hinc iacobus Sicut corpus ſine ſpū
mortuum eſt ſic fides ſine opibus mortua
eſt· de ſecundo di· aplś. Si habuero fidem
ita vt montes tranſferam· caritatem aūt nō
hēam nihil ſū· Sicut igiſ vitā hoīs ꝓbāt
motꝰ ꝛ caloꝛ ita motꝰ opatōis ꝛ caloꝛ dile
ctōis fidei ꝓbāt vitā Tercō dōm de fidei q̄n
titate hoc eſt q̄ꝫ magna eſſe debeat· dꝫ autē
eſſe tanta· vt de corde in os· de oꝛe in opera
ſe extendat· quod inſinuare videſ greg· di·
De integritate fidei lingua menſ manus re
quiratur· vt in oꝛe duoꝝ vel trium teſtium
ſtet omne verbum Jn primo deficiunt here
tici. in ſecundo iudei. in tercio mali xp̄iani·

U Secundum ad integritatem ma
terialis domus faciens eſt ſupedificium. eo
ꝙ ex ſolo fundamento quantūcūqꝫ bono
nullatenus conſtat domus· ſic ad integran
dam domum ſpūalem ſuper fundamentū
fidei ſuperedificium eſt ponendum. qđ non
eſt aliud niſi fortiſſima ſpes ad dominū eri
genda· Nam ſi quis tantam habeat fidē vt
etiam montes tranſferat· ſi ſpē nō adiūxerit

non ſaluatur. Hinc Jaco· ij· Tu credis q̄ni
am vnus eſt deus: bene facis: ꝛ demōes cre
dunt ꝛ contremiſcunt: ſed quia ſpem nō ha
bent ideo non ſaluantur. Juſte autē per ſu
peredificiuꝫ ſpes intelligitur. quia ſicut edi
ficium ſupra erigitur· ſic ſpes ſurſum erigit
nos ad deum: ꝛ quia ſine ſpe nemo ſaluabi
tur· ideo de ſpe ad deum fiducialiter haben
da monemur crebrius in ſcriptura· hinc Ec
cle· dicitur. Reſpicite filij hominum ꝛ ſcito
te quia nullus ſperauit in domino ꝛ ꝯfuſus
eſt· permanſit in mandatis eius ꝛ derelicꝰ
eſt· ꝛ iterum monet nos dominus per Eſai
ā· Qui habebit fiduciam mei hereditabit
montem ſanctum meum: ꝛ iterum Math·
Habete fiduciam ego ſum· ac ſi dicat. Non
ſum vnus de plebe: qui vel mentiar in pro
mittendo: vel ſim impotens in ſoluendo:
vel impius in volēdo: ſed ſum veritas infal
libilis· omnipotētia irrefragabilis· caritas
inattingibilis. Uerum quia non oīs ſpes
veniet in conſpectu dei· diſtinguendū eſt de
ſpe vt ſciamus que noſtra ſpes obtineat qđ
ſperatur. Propter quod ſciendum ꝙ eſt tri
plex ſpes: ſcilicet maledicta· preſumptuoſa
ꝛ ſancta· quere dominica· xx· ſermone. Con
fide fili. Tercium faciens ad integritatē do
mus materialis eſt tectum· ſine cuius com
plemento nullatenus conſtat domus· per
quod tectum caritas intelligitur que in ſa
cra ſcriptura operire dicitur peccata ſicut te
ctum· vnde prouer· Uniuerſa delicta operit
caritas. Jtem per Ezech· dicitur. Expandi
amictum meum ſuper te ꝛ operui ignomi
niam tuam· quod de caritate opoꝛtet intelli
gi: que abſcondit omne malū ab oculis ma
ieſtatis. Unde ſicut auruꝫ ſuperductū omī
metallo nobilitat illud· ſic caritas alijs ope
ribus ſuperducta omnia nobilitat ꝛ gratifi
cat apud deum· hinc in Apoca· diciſ. Sua
deo tibi emere aurum vt locuples fias. Ue
rum quia ſm̄ Bern· Magna res eſt amoꝛ
ſed ſunt in ea gradus in quib proficimus
plus ꝛ minus. Propter quod ſciendum ꝙ
ſunt tres gradus in quibus diuerſi diuerſi
mode proficiunt. Sunt enim qui deum di
ligunt pre omnibus· in omnib· excluſis oī
bus. Primo pre omnibus deum diligunt

qui cum deo terrena diligunt pre omnibus
tamen deum: qui ſic bona temporalia dili
gunt vt non ammittant eterna· hac carita
te non eſt inferioꝛ cuꝫ ſalute· de q̄ dicit bern·
ad omnes homines. Scđm indulgentiam
ſint omnia veſtra vobis ſalua: ſi tamen vr̄a
hoc eſt iuſtis laboribus ꝛ fidelib exercitijs
acquiſita· hoc tamen ſaluo: ne in eiſdeꝫ ꝛ ꝑ
eiſdem dominū offendatis: ne hoc plus q̄ꝫ
deum diligatis: ſed amoꝛem dei his omni
bus preferatis Quod tunc facimus ſi in re
rum acquiſitione fruitione ꝛ diſpenſatione
in dominum non peccamus. ſic ergo nobis
que ſuppetunt exterius ſeruiant: quatenus
a ſuperne dilectionis ſtudio animum nō in
flectant. Scđo ſunt alij proficientes in ca
ritate ꝛ deum in omnibus diligūt: vt quic
quid de terrenis rebus contrectant· hoc ſolū
faciunt propter deum. Unde in laboꝛe ma
nuum cibo ꝛ potu ꝛ quicquid opis occurrit
intendunt placere deo: ſcientes ꝛ pre oculis
habentes ꝙ ad hec omnia terrena data ſunt
vt in eis domino placeamus· ꝛ ideo ſumma
ſtudent diligentia vt ea in finem debitū oꝛ
dinant quod eſt deus. Hinc aplus. Quod
cūqꝫ facitis ſiue in verbo ſiue in facto ad lau
dem dei facite: non quaſi hominibus placē
tes ſꝫ deo qui probat coꝛda· hinc bern· Sūt
qui ſemper pre oculiſ habent nō tam quod
agunt ſed quo agendo intendunt· cuꝫ enim
omnia terrena creata ſint ad alliciienduꝫ di
ligantur vt arra. Naꝫ ſm̄ Augꝰ· ad hoc dat
ſponſus arram vt in arra ſua ipē ametur.
Plus eſt enim quod adhuc dare diſpoſu
it· hoc eſt ſeipm̄. Tu ergo ne plus debito di
ligas arram: ne prodas eum qui tibi contu
lit arram. Y Tercio ſunt alij qui ſpre
tis omnibus ne fiant eis in muſcipulaꝫ: ſo
lum deum diligunt ꝛ omnia cum apoſtolo
vt ſtercoꝛa arbitrantur. nihil aliud cogitan
tes· nihil intendentes nihil cupientes ex oī
bus niſi deum· flent pre deſiderio· ſuſpirant
in meditationibus: ꝛ nihil pulſat in eis ni
ſi deus dicens cum pſalmiſta. Quid enim
eſt mihi in celo ꝛ a te quid volo ſuper terraꝫ
defecit caro mea ꝛ coꝛ meum deus coꝛ· mei
ꝛ pars mea deus in eternum. Hac delica
tiſſima ꝛ omni laude digniſſima caritate

abundabant patres noſtri: cuius nos miſeri ⁊ indigni minutiſſimam fimbriā vtināʒ poſſemus attingere. Ipſi ſunt de quibus dicitur Numeri. Vidimus quoſdaʒ de genere gyganteo in quorum comparatione quaſi locuſte videbamur: quia bona dei que ipſi in maximo poſſidebant nos in minimo non habem⁹. Eya domine qui in tua pietate q̄ris in nobis occaſioneʒ miſerendi: vt pater no tuo affectui ſatiſfacias: huiꝰ tepide ⁊ negligentie conuerſationis iacturam ſuppleat ⁊ reſarciat humilitas confeſſionis noſtre: vt qui non laboramus: quia non poſſe nobis videmur conſuetudine ocij ⁊ negligentiarū noſtrarum vinci vel potius infecti: ſaltem in ſudore lacrimarum ⁊ rubore vultus noſtri accuſemus noſmetipſos: vt qui in gratiam hominis vmbram ⁊ perſonale quoddam figmentum perfectionis apud homines exterius induimus: interius apud te domine cōſcientie noſtre inſpectorem cognoſcētes paupertatem: non recedamus a veritate ⁊ veritas liberabit nos. De hac ſancta paupertate dicit augꝰ. Paupertatē mihi ſponſam habere congratulor: quia ipſa eſt chriſti ſponſa. ſctōꝝ poſſeſſio. hꝛōꝝ vita. fideliū ſecuritas. clericorū ornamentū: monachoꝝ vita. nobiliū pulcritudo. diuitū magnificentia. ſolaciū in ſolitudine. glīa in abiectiōe. honor in contemptu. vmbraculū in omni ꝓtectione ⁊c.

CXII. De eodem ſermo vi.

# Mundate domū

domini. ij. Paralip. xxix. Z.

